C Amplius autem si non multe anime sed partes vterum oportet prius querere totam animam aut partes difficile aut et harum determinare quales apte nate altere ad inuicem esse.

C Adducit questionem secundam dicens quod dato qd non sunt multe anime in codem animato sed una tantum secundum substantiam. habens tamen multis partibus potentiales et multas vires. tunc est dubitatio a cuius inquisitione incipere debeamus. Utrum prius oporteat querere et inuestigare substantiam anime et postea eius potestias aut econuerso. **C** Et ista dubitatio est difficultis. quia prius videtur quod sit incipiendum a substantia anime cum sit causa suarum potentiarum et sicut res se habet ad eē ita se. habet ad cognoscē. Secundo metaphysice. **C** Deinde vide ē qd sit incipiēdū a potestijs gasunt qd ad nos notiores substantia anime et nobis notioribus est inchoanda doctrina: vt ex probemio libri physicorum colligi potest. Helle autem determinare de his potestijs et videre quales harum potentiarum sunt apte nate esse ad inuicem altere est difficile. **C** Intelligentium secundum comentatorem commento nono: quod difficile est distinguere et dare differentias inter partes potentiales anime: quia in quibusdam potestijs differentiae sunt manentes sicut inter imaginationem et sensum cum percipiuntur aliqua animalia habere sensum que non habent imaginationem: vt animalia imperfecta. **C** In quibusdam autem latent sicut inter intellectum et imaginationem eis intellectus non sit absque imaginationem seu fantasiam: vt infra ostenditur.

Et utrum oportet querere prius partes aut opera ipsarum: vt intelligere aut intellectum: et sensibile aut sensituum. similiter aut et in aliis.

C Adducit questionem tertiam que est: dato quod prius inquirere debeamus potestias anime quam eius substantiam utrum aposteat nos prius querere et inuestigare partes anime potentiales quam opera ipsarum aut et

conuerso: et utrum prius oporteat querere intelligere aut intellectuum sentire aut sensituum: et ita de aliis.

Si autem opera prius iterum utique dubitat aliquis sit obiecta horum prius querendum sicut sensitiblē sensituum et intelligiblē intellectu:

C Ponit questionem quartam que est: dato quod prius inuestigare debeamus operationes anime quam suas potestias: adhuc dubitabit aliquis cum potentie operetur circa obiecta utrum prius sit inuestigandum de obiectis potentiarum quam de potestijs aut econuerso: vt utrum prius sit inuestigandum de sensitibili aut de sensitivo: de intelligibili aut de intellectu. **C** Intelligentium primo quod Albertus hanc questionem aliter format: vult enim quod operationes ad obiecta comparentur et non potentie et tunc ubi prius per intellectum et sensituum potentie intelligebantur hic operationes intelligere deberemus. **C** Innuit ergo hic Aristotelis modum quo in hac scientia est procedendum. **C** Incipimus a cognitione obiectorum. et ex illis ad operationes procedimus ex operationibus autem ad potestias: ex potestijs vero substantiam anime inuestigamus. **C** Intelligentium secundo secundum comentatorem commento decimo: quod in hac inquisitione oportet ire de eis que magis sunt nota apud nos ad ea que sunt latenter apud nos et in hoc differunt scientie. scientiarum enim in quibusdam ea que sunt magis nota apud nos sunt precedentia ut in mathematicis et in quibusdam econuerso: vt in quibusdam que continentur in scientia naturali. **C** Ponit comentator differentiam inter mathematicam scientiam et naturalem quia in mathematicis cause sunt nobis notiores effectibus sed in naturalibus ut plurimum sunt nobis notiores effectus. Et notanter dixit ut in quibusdam que continentur et cetera. quia in naturalibus non semper effectus sunt nobis notiores suis causis sed aliquando contingit oportet: quoniam color et sonus sunt causa suarum specierum quas producent in medio uel organo sensus et tamen sunt nobis eius notiores ut patet. **C** Intelligentium tertio. qd Albertus hic assignat duas causas propter quas iste questiones sunt necessarie. Prima est quia in quibusdam natura totius ex nobis magis nota quam suarum potentiarum. et similiter potentia est nobis magis nota quam sua opatio et operatio quam eius obiectum sicut patet in corporibus sensitibus nam nos prius scimus naturam ignis in toto et per canadiscimus eius potentiam et operationem et id arca quod operatur. **C** Quaedam autem sunt que sunt nobis occultum ad substantiam et potestias sed illa circa que operantur sunt nobis manifesta et ex illis deuenimus in noticiam operationum et ex operationibus in noticiam potentiarum. ex quibus postea manifestatur totum. cuiusmodi sunt aliqua circa que non cadit sensus: ut substantiae separatae et anima et cetera. **C** Secunda causa est quia in his qui non subiacent sensibus sunt duo genera potestiarum nam quedam sunt actiue et quedam passiue. **C** In actiuis scimus quod potentia causatur ab essentia forme et operatio non dat speciem sed potius specificatur a forma. sicut operationem lucis dicimus lucere et in talibus rectus ordo doctrine est incipere a forma rationis agentis deinde deuenire ad potestias operationes ac etiam obiecta. **C** In passiuis vero est ordo nature potius

Liber

contrarius quoniam potentie passive carent specie per se et obiecta agunt in eas species suas sicut oculus nullam habet ex se visionis speciem sed est in potentia omnia visibilia et cum actu videt tunc coloratum ipsum immunit et ei imprimuit speciem suam. Et in talibus obiecta que primo dant speciem operationi et potentius sunt secundum naturam previa actibus: et actus potentius et potentie que recipiunt speciem obiecti sunt previae toti sicut primo est color postea visio. postea visus et deinde anima sensitiva. Cum igitur utrumque genus istarum potestiarum in anima inueniatur oportet querere de virtute que viarum predictarum in doctrina de anima: sed de hoc ista quod sit sententiam videbitur.

Idetur autem non solus quid est cognoscere utile esse ad cognitionem causas antecedentium in substantiis sicut in mathematicis quid rectum: et quid obliquum: et quid linea: et quid planum ad cognoscendum quod rectis trianguli sunt eaeles sed econuerso. Accidentia conferunt magnam partem ad cognoscendum quod est.

Stenditur quod sicut substantia nos dicit in cognitionem suorum accidentium. sic accidentia nos ducunt in cognitionem substantiae licet modo altero. Nam cum prius dubitasset viri in hac scientia sit procedendum a causa ad effectum vel econuerso ostendit viramque viam utilem esse. et duo facit. primo quod dictum est. secundo declarat. Cum enim habeamus. De primo dicimus quod cognoscere quod quid est et ipsam substantiam non solum videtur esse utile ad cognitionem causarum accidentium ipsius substantiis. et ex consequenti accidentia substantiae sicut in mathematicis cognoscere quid rectum et quid obliquum. et quid linea et quid planum id est superficies est utile ad cognitionem et angulis rectis anguli trianguli sunt eaeles sed eam contra accidentia conferunt magnam partem ad cognoscendum quod est et ipsam substantiam. Intelligendum primo quod cognitione qualitatibus substantiae que habetur per eius definitionem nos dicit in cognitionem suorum accidentium priorum. et contra accidentia propria substantiae cum fuerint cognita nos ducunt in cognitionem qualitatuum substantiae. sed diversimode. quia in prima cognitione procedimus a causa ad effectum: cum principia distinctionia substantiae sint causa huius passionis. sed in secunda procedimus econverso ab effectu ad causam: ut patet ex dictis. Qualiter autem ex notitia accidentis duentur intellectus in cognitionem substantiae in dubio apparet. Intelligendum secundo quod linea et recta sunt principia trianguli: et per sequentes sunt causa propter quas habere tres angulos eaeles duobus rectis in ipsi triangulo. Ideo dicitur. quod cognoscere quid linea et quid recta est utile ad cognoscendum istam passionem. scilicet habere tres de ipso triangulo.

Cum n. habeamus tradere finisphantasiā d' accidentibus aut oīb' aut pluribus: tē et d' substantia hēm' dicere aliqd optie oīs. n. d'mostratiōis pncipiū est quod quid est.

Declarat quod direrat: et duo facit. primo h' secundo oīdit quies debet ēē pprīe distinctiones: ibi Quare finis q̄s. cūque. De prima dicitur quod cū nos habemus tradere noticiā h' fantasiam vel imaginationē d' accidentib'. s. pprīs oībus aut plurib': tūc et de substantia habemus dicere ali-

quid optie. s. notificando eā p suā definitionē. et supplen- dū ē q̄ et ecōtra cū babuerimus distinctionē substantiae po- terimus sua accidētia pprīa notificare. Luius cū ē quia ipsū quod quid est subiecti ē pncipiū omnis demonstratiōis. s. p quā notificat aliquid passio d' subiecto. Intelligendum primo secundū comētatorē commento. 20. q̄ noīa accidentia ducit in noticiā distinctionis et substantiae rei: q̄a noī communia sed solū pprīa: nec sufficit cognoscere solum unum accidētū pprīū ipsius substantiae: sed oportet cognoscere oīa aut plura. Vnde per accidētia cognitiā p viam imaginationis intelligit comētator accidentia pprīqua et essentialia. Dicit enī sic: et noī pparat nobis cognitio substantiae p cognitionē accidentiū: nisi cū scierim⁹ acci- dentia pprīqua essentialia aut oīa aut plura: tūc enī con-tingit ut iducamus meliore distinctionē substantiae. In telligendum secundū. q̄ p distinctionē quā. dicit ēē pncipiū omnis demonstrationis intelligere debemus distinctionē qd' subiecti que ē cā oīum passionū ab eo fluētiū. Ut rū autē omni demonstratiōne potissimum talis disti- ntiō fit mediū aut distinctionē passionis post inquiret.

Quare finis quascūq; distinctiones noī contingit accidentia cognoscere h' neq; d' ipis imaginari fa- cile manifestū ē q̄ dialetice sint et vane omnes.

O stendit quies ēē debent pprīe distinctiones: dicit cas tales esse debere. q̄ p ipfis nobis appareat cause passionū et pprīetū rerū distinctionē. quare secundū quascūq; distinctiones noī contingit cognoscere accidentia. s. pprīa rei distinctionē neq; de ipsis facile imaginari manifestū est q̄ oīs tales sunt dicte dialetice et vane. Intelligendum se- cundū comētatorē commento. 10. q̄ oīs distinctionē p quā noī cognoscuntur accidentia noī d' distinctionē nisi equo: aut q̄i ea collocait aliquod falsum: aut q̄i coponit ex causa remotis: aut accidentalibus. Exemplū primū ut homo ē animal rudibile. Exemplū secundū ut homo ē substantia animata se- stiuia. Exemplū tertij: ut homo ē animal coposuit ex cor- pose currente aut sedente et aīa rationali. Hic plures dubitationes occurunt. Prima ē virū accidentē ducat in cognitionē quod qd ē. et ipsis substantiae. Arguitur q̄ non. Primo sic. Illud quod ē pncipiū notificandi acci- dens noī notificare p ipsius accidentē. sed substantia ē pncipiū notificandi accidentē. ergo. tē. pater consequentia: et minor colligit in littera vbi dicit: q̄ quod quid ē: est pncipiū omnis demonstrationis quod qd ē autē pncipali- ter ipsius substantiae: ut colligit septimo metaphysice: et p d'mostratiōne notificare passio d' subiecto: ut patet ex libro posteriori. Maior autē probat: q̄ si illud quod notificat accidentis notificare p ipsius accidentē tūc daret demonstratio circularis cōtra d' primo Posteriorū. Secundo si accidentē duceret in cognitionē substantiae: tūc sequeret q̄ ac- cidentē esset prius notū q̄ substantia: q̄ nihil notificat aliud nisi sit prius notum: ut patet ex primo posteriorum consequens falsum et contra d' vii metaphysice dicen- tē q̄ substantia est prior accidente natura distinctionē et tempore. Tertio quandocumque aliqua cognoscuntur a diuersis virtutibus unum non confert ad cognitionē alterius: sicut pater de colore et sono: sed substantia et accidentis cognoscuntur a diuersis virtutibus: quia acci- dens cognoscitur sensu. substantia autem intellectu: ut vi debitur secundo huius quare tē. Quarto eadem sit principia essendi et cognoscendi. Secundo metaphysice: sed accidentis non est pncipiū essendi substantiae: sed magis econtra: ut constat quare tē. In oppositiū est d' in littera. Pro dubio premittendum est pri- mo quod duplia sunt accidentia. scilicet propria et com- munia. Accidens proprium est quod sequitur deter- minata ad unam speciem sic q̄ non aliam propterca: q̄

Primus

aut ex propriis principijs illius specie. ut se habet
risibilitas respectu hominis. **C**Accidens vero commune
est quod reperiit in diversis speciebus: sic albedo: nigredo
et reliquo. **P**remut edū secundo quod de substantia du-
plex potest haberi cognitione. scilicet confusa et distincta. Confusa
babet sciēdo quod est substantia vel corpus. Distincta vero
sciēdo quod est homo vel equus et ceteri. **P**rimi ponant
conclusiones. **P**rima conclusio. Accidēta cōia nō ducit
in distincta cognitionē substantie: p[er] q[uod]a quod est equaliter
indifferens ad diversas species substantie nō ducit in di-
stincta cognitionē aliquius caro: ex quo nō est maior ra-
tio in una q[uod] de alia: sed accidēta cōia sunt huius ut su-
it premissum: quare et ceteri. **S**econdā conclusio. Accidēta
cōia ducit in confusa cognitionē substantie. Ista conclusio
apud diversos diuersimode declarat ostendēdo modū
fm quē ex notitia accidentis cōis intellectus ducit in co-
gnitionē confusa substantie. Quidā nō dicitur: itell[ectu]s
primo intelligit accidentē fantasiam: ut albedinē: aut cali-
ditatē: q[uod] ab illo primo mouet et q[uod] tale accidentē est effe-
ctus substantie: que est eius subiectū: cu[m] effectus natus si-
stā causam notificare: sequit[ur] q[uod] intellectus ex notitia il-
lius accidentis deducit in cognitionē substantie. Alij di-
cunt q[uod] cū aliquod accidentē cōe fantasiam ab illo fantas-
mate virtute itell[ectu]s agentis abstrahit species itelli-
gibilis entis p[er] quā intellectus possibilis prius o[ste]n-
sens: quod est sūmū obiectū: et quia cōceptus entis
significat substantiā et accidentē: licet p[er] prius significet sub-
stantiam q[uod] accidentis: iō intellectus de cognitione entis
deducit in cognitionē substantie et accidentis: sed per
prius substantię quam accidentem quare ex cognitione
accidentis communis habita per fantasiam deducetur
intellectus et noticia confusa substantie. **N**onnulli vero
ponunt q[uod] sic ut virtus extimativa elicet species insen-
tas ex sensatis: sicut extimativa ovis elicet species ini-
micie ex speciebus figurae lupi coloris motus et reliquo.
Ita intellectus q[uod] est virtus valde nobilior poterit ex
cōceptu accidentis prius sensata elicere cōceptū substi-
tue non sensata. Quidā alijs volunt q[uod] fantasma nō rep-
resentat solū accidentē sed aggregatum ex accidente et substanti-
a q[uod] est eius subiectū: q[uod] illud est quod primo mouet et iō
p[er] fantasiam et p[er] intellectu[m] nō est color: sed coloratū et ita
de alijs. Quia igit[ur] accidentē iō cōcreto est p[er] cognitū ab in-
tellectu in quo includit substantia: cu[m] intellectus illa duo.
Substantia et accidentē simul et confusa vniuersaliter itell[ectu]o
tollererit: poterit sua virtute iter illa distinguere et virtus
que p[er] prius cōceptū distingue coprehendere: et hoc modo
ponunt cognitionē accidentis cōserre ad cognitionem
substantie. Et cu[m] dicit hic substantia et accidentē distincte
coprehendendi: intelligi debet diuersis cognitionibus: nō
autē distincte. ut iō secundo premisso expositū fuit. **T**er-
tia conclusio. Accidēta p[er] prius ducunt in distincta cognitio-
ne inuituā substantię sensib[ili]s. **H**oc cōclusio a Joan-
ne de Jandino iō diuersis questionib[us] diuersimode de-
clarat. **P**rimus modus est supponēdo de mēte comen-
atoris 20 de aia comēto. lxij. q[uod] virtus cogitatio: q[uod] imme-
diata ministrat intellectu. primo coprehendit vniuersa cogni-
tionē diuidū substantię sicut accidentib[us] propriis et
communib[us] in eo existentibus et non solum accidentia: quia non solum
accidentia: mouentur: sed totum ag-
gregatum ratione tamen accidentiū. **L**et autē virtus co-
gitativa sic coprehendenti tale aggregatum p[er] eius nobis
litate et p[er] actionē potest distinguere inter idividū sub-
stantię et accidentię propria et cōia: et de ipsa diuersas co-
gnitiones in se p[ro]ducere: nec ante q[uod] faciat tale distinctio-
ne potest mouere intellectus possibile: facta autē tali di-
stinctione. tunc a fantasmatore illius idividū substantie. ab-
strahet species vniuersalis sue speciei representativa ab
intellectu agente. qua recepta in intellectu possibili in eo

causabit intellectio illius speciei substantie. Iste igit[ur]
est primus modus fm quē accidēta p[er] prius ducit in distincta
cognitionē simplicem seu inuituā substantię sensib[ili]s. q[uod] accidēta p[er] prius alicuius substantię sensib[ili]s. facit ad B
q[uod] talis substantia individualis cogite et cogitaria. q[uod] si
ne tali accidēte cogitari nō posset. et p[er] consequens facit
ad hoc q[uod] a cogitatua distinctionē iter individualis substati-
onē. et accidēta tale idividū fm se cogite. **H**oc autē
substantia individualis fm se cogitata. tunc virtute intellectus
agentis a fantasmatore ita intentione imaginata ipsiū rep-
resentativa existēt in cogitatua cōb[us] species vniuersalit[er]
sue q[uod] ita p[er] specifice vniuersaliter representativa in intel-
lectu possibili: q[uod] in eo recepta introducit[ur] ipso intellectio il-
lius determinate sp[eci]i substantię sensib[ili]s: cuius illud erat: acci-
dēta p[er] prius ducit in distincta cognitionē inuituā substantię
sensib[ili]s. **S**ecundus modus est premittendo: q[uod] si
cūt materia prima est ens in pura potentia respectu for-
marum individualium tam substantialium q[uod] accidenti-
tum: nec potest aliquā formam substantialē recipere: nisi prius
fuerit sufficienter preparata et disposita p[er] formas
accidentales ibi proprias: sic intellectus possibi-
lis est ens in pura potentia in ordine ad omnes formas
abstractas: et vniuersales: siue fuerint species substan-
tiarum siue accidentium: neque potest speciem alicuius
substantię recipere: nisi prius disponat per species ac-
cidentium propriorum illi substantię. **H**oc stante
patet qualiter accidentia propria ducunt in distinctam
cognitionē simplicem substantię sensib[ili]s. hoc enī
faciunt pro quanto ipsa cogitata cooperante intellectu
agente inquadrunt in intellectu possibili species intelligi-
biles ipsorum representativas: quibus preparatur in-
tellectus ad recipiendum speciem intelligibilem illius
speciei substantię: cuius illa sunt propria accidentia me-
diante qua illa species substantię intelligitur. Confe-
runt igit[ur] accidentia propria ad cognoscendum deter-
minatam quiditatem substantię: sicut agens dispositi-
vum consert ad actum ad quem preparat ipsum recep-
tiuum. et hec visus fuit velle commentor[um] commento. iiij.
dum dicit q[uod] non preparatur nobis cognitione substani-
tie per cognitionem accidentium. nisi cum scierimus
accidentia p[er] opinqua essentialia aut omnia aut plura.
Posset etiam ista conclusio declarari modis simili-
bus illis qui positi sunt de accidente cōuni. sed ista pro-
nunc videntur sufficere. **Q**uartā conclusio. Accidentia
propria dicunt in distinctam cognitionem discursuaz
substantię abstracte. **I**sta conclusio declaratur p[er]
supposito primo: q[uod] p[er] accidēta propriū non solum i-
telligo accidentia alicuiū propriū existens in eo ut supe-
rius dictum fuit: sed extendit etiam ad operationem p[er]
priam transuentem in aliud. **H**oc dato arguitur sic:
Illud ducit in cognitionem distinctam discursuaz sub-
stantię abstracte per quodtanq[ue] per medium probatur
talem substantię abstractam esse: sicut per aliquod accidentē
propriū ut per motum priū uniformem et semper
continuum tamquam per operationem propriam pri-
mi motoris probatur priū motorem esse ut patet
ex. viii. phys. quare et ceteri. **P**atet consequentia cum mino-
ri et maiori declaratur quia cum per priū motum
cognoverimus priū mobile: et priū motorem in eo q[uod] priū motor: postea per discursum et racio-
num ex hoc deducimur in cognitionem ipsius secun-
dum quiditatem et essentiam: ut patet ex. xij. metha-
physice: quoniam eiusdem est non sicut si est et quid est
ut. vi. methaphysic colligi potest: et secundo posterio-
rum: et simil modo probari posset q[uod] accidentia pro-
pria dicunt in distinctā cognitionem discursuā substati-
e sensib[ili]s: q[uod] ex diversitate operationū arguim[us] diversi-
tate formarū et p[ro]posito q[uod] p[ro]ueniunt. et ex tali opera-

Liber

tione talem formam et tale compositum. Nam sicut transmutatio facit scire materiam: sic operante formam. Ad rationes principales. Ad primam quod concedunt: quod demonstratio circularis est possibilis: primo in diversis generibus demonstrationum: ut argumentum ostendit: quod accidentis notificat substantiam demonstratione que est ab effectu ad causam: et substantia notificat accidentes de demonstratione propter quod que est a causa ad effectum. Secundo in codice genere demonstrationis: sed in diversis generibus carum: ut si demonstraret sanum per deambulacionem et contrauersum. Tertio in codice genere demonstrationis: et cause: sed respectu diversorum individuorum: ut si demonstraret pluviam per vaporē et eō utroque erit demonstratio per causam materialē: sed respectu diversorum vaporum. Quarto autem dicit demonstrationē circularium esse impossibile intelligi in codice genere demonstrationis et cause: et respectu eiusdem individui. Hec autem responso non videtur satisfacere: quia demonstrationes non sunt de individuis: sed universalibus perpetuis et impossibilibus alter se habere: ut vult. p. posteriorum. Unde in demonstratione particulari nulla permissione debet esse singularis: sed una obterre esse minus universalis quam alia. Et si aliquando sumitur altera permissione singularis illud sit gratia exempli solū ad ostendendum quod premis in demonstratione particulari nota sunt equalis coitatis si cut in demonstratione universalis. Propter quod alii dicunt dicitur. velle quod demonstratio circularis non est possibilis in codice genere cause. Et cum arguit illud esse possibile: quod pluvia demonstratur per vaporē et contrauersum in genere cause materialis: hoc negant: quoniam demonstratio debet esse ex propositionibus per se ut patet primo posteriorum. Iste autem propositiones: ex pluvia fit vapor: aut ex vapor fit pluvia sicut per accidentem: sic iste exente fit ens: aut ex aere fit aqua: ut patet dicitur. p. physicom. quare et ceterum. Alii autem fuerunt dicentes quod licet aliquo modo demonstratio circularis sit possibilis aut argumentum est: non tamen circulatio perfecta: ad quam requiriatur quod si. a. demonstratur b. et contrauerso quod hoc sit eidem intellectui: et quod pro ratiōne in vitroque processu illud ex quo sit demonstratio sitab solute notius illi intellectui: eo quod demonstratur et constat hoc esse impossibile quod impossibile est quod respectu eiusdem pro uno et codem instanti. a. sit absolute notius. b. et contrauerso. Ex his eligit illa que tibi melior apparet.

Ad secundam potest negari consequentia dicendo: quod non potest omne quod notificare aliud alicui sit eidem prius motum. Nam species coloris est principium videndi ipsum et in visu non prius cognoscit species quam colorē. Et huius modi declarat tercīā conclusionē posset teneri quod intellectus prius intelligit subiectum quam acutus ut per dictum. Sed huius modi possent tenebri oppositum. s. quod intellectus prior intelligit accidentem quam substancialē sic prius eius specie recipit. Et cum adducatur auctoritas. dicitur. vii. metaphysicae quod substancialē est prior accidentē natura diffinitione et corpore. dicitur quod dicitur vult quod cognitio substancialis est prior cognitione accidentis prioritate perfectionis sed non prioritate originis. Imo magis contra. Ad tertiam dicitur quod maior est uera quoniam illa virtus non fuerit iuicem subordinata sed si fuerit iuicem subordinate non potest nunc aut sensus et intellectus iuicem subordinari in operando: ita quod sensus subordinatur intellectui ut infra patebit. Ideo quicquid sensus potest cognoscere intellectus poterit cognoscere sed non viceversa. Ad quartam patet quoniam habeat intellectus quod dicitur in secundo metaphysice. nam habet sic intellectus quod oia que sunt principia essendi sunt principia cognoscendi. sed non viceversa. Secunda dubitatio est circa illam propositionem dicitur. Omnis enim demonstrationis principium est quodquid est. Utrum in omni possit

sima demonstratione mediū sit diffinitio subiecti aut diffinitio passionis. Et erga hec dubitatio magis pertinet ad huius posteriorum ipsarum breviter expediendo adducam solū opiniones probabiliores que habite sunt circa ipsam. Incontensis tenet quod solum diffinitio subiecti est mediū in potissima demonstratione. quoniam per dicitur primo posteriorum medium in tali demonstratione debet dicere quid est perpter quid est. et tale est diffinitio subiecti et non passionis. quoniam diffinitio subiecti dicit quid subiecti est perpter quid passionis. Itē dicit hic dicitur quod quid est. s. subiecti est principium omnis demonstrationis igitur. et ceterum. Egidius autem vult quod solū diffinitio passionis sit mediū in demonstratione potissima. quia per dicitur secundum posteriorum ratione primi termini id est maioris extremitatis est mediū in demonstratione potissima. maior autem extremitas est passio cuius inherenter ad subiectum demonstratur igitur et ceterum. Et ad hanc opinionem videtur declinare Albertus primo de anima adducens hanc rationem. Admediū in demonstratione debet esse medium huius naturam. s. posterius primo et prius secundum. tale autem est diffinitio passionis que est posterior subiecto quod est primus et prior passionis que est secundus. Subdit tamen quod siue medium. sit diffinitio subiecti siue passionis nunquam est mediū in propria demonstratione nisi per talam diffinitionem apparcat quid sit passio et cui inest et proprius quod causam. Unde priuatio luminis in luna non est sufficiens mediū ad demonstrandum perfecte eclipsim de luna. sed requiritur hoc totum videlicet priuatio luminis in luna perpter dyametralē interpositionē terre inter solem et lunam ex motu ipsius in capite vel in cauda draconis infra gradus eclipticos proueniens. Ex quibus videtur velle quod diffinitio passionis quod demonstratur includens omnia genera causarum ipsius est medium in demonstratione potissima. Alij autem plurimi opinione in simul copulauerunt dicens quod aliquam diffinitio subiecti est mediū in demonstratione potissima: ut quoniam propria passio subiecti est eo demonstratur per diffinitionem sua aut quoniam posterior diffinitio subiecti demonstratur per posterius materialē per formalē. Aliqui autem medium est diffinitio passionis ut dum passio posterior de monstratur subiecto per passionem priorem. Alii plures ad hoc inuenient sunt passiones. s. sequendo viam Alberti. Ad rationes oppositas respondet.

Ad primam dicitur quod mediū in demonstratio potissima debet dicere quod est perpter quod passionis ut ostenditur est supra.

Ad secundam cocedit quod diffinitio subiecti est principium omnium demonstrationum per quod demonstratur aliquis passio sed illo subiecto et non aliter. sed ex hoc non sequitur quod sit medium in illis demonstrationibus. quia differunt esse principium et esse medium ut patet ex libro posteriorum.

Ebitionem autem habent et passiones anime utrumque communis sint omnes et habentur: an sit aliqua aie propria ipsius huius. accipere quidem necessarium est: non autem leue uidetur aut plurimorum quidem nullū sine corpore pati neque facere ut irasci consideret desiderare et omnino detinere: maxime autem assimilatur proprio intelligere. Si autem et hec fantasia quedam: aut non sine phantasiam non contigit utique nec huius fine corpore esse.

Zic remonet dubitationes circa operationes seu passiones aie. Et dividit duas. quapropter hoc dubitatione tractat. Secundo ostendit naturalē et dialecticā huius passiones differentē diffinire. ibi. Differenter autem diffiniuntur. Prima itez in duas. quia primo mouet questionem. secundum solvit. ibi. Vnde autem

Primus.

De prima dicit quod est dubitatio virum omnes passiones anime sint communes anime, et corpori an sit aliqua passio propria ipsi anime que nullo modo a corpore dependetiam habeat. Hoc enim est necessarium accipere et investigare ad scindendum naturam ipsius anime, et scire hoc non est leue sed valde difficile. Cvidetur autem. Soluit dubitationes et duo facit. Primo quod dictum est solutoz declarat. ibi Dicet at et sic p^o i duas qz p^o soluit secundo ostendit utilitatem huius inquisitionis ibi Si quidem igitur De prima dicit quod multe sunt anime passiones seu operationes de quibus est manifestum et corpori comunicantur eo quod non sunt sine actione aut passio ne facta in corpore sicut sunt irasci confidere desiderare et vivere saliter sentire. Dubium tamen est de intelligere cum videatur esse anime proprium et corpori non comunicari. Verumtamen quia intelligere aut est fantasia aut non est sine fantasia ideo sine corpore esse non potest. CIntelligendum primo secundum commentatorem commento duodecimo quod Aristoteles hic intendit duas propositiones de operationibus anime. CUna est virum omnes operationes anime habent communicationem cum corpore aut non. CSecunda est dato quod aliqua operatio anime non communiceatur corpori virum sit in rebus existentibus in corpore aut non. Et post subdit duas propositiones quarum prima est. Possibile est ut ali quod non comunicans corpori sit existens in rebus existentibus in corpore. CSecunda est. Possibile est ut actio aliquis non communicans corpori sit non existens in aliquo eorum que sunt in corpore. CObi commentator per actionem communicatam corpori intelligit illam que indiget corpore et subiecto vel instrumento in quo recipitur. Et per non communicatam corpori intelligit non indigentem corpore illo modo. Per actionem autem existentem in rebus que sunt in corpore intelligit illam que ab obiecto corporeo et in corpore existente dependet et per oppositam opposito modo. CPrima igitur propositio verificatur de intellectione: qua intelligitur lapis vel lignum. Illa enim est actio non communicata corpori quia non indiget corpore: ut obiecto vel instrumento: ex quo intellectus est potentia non organica: et non mixta corpori: et est existens in rebus existentibus in corpore: quia dependet a fantasmatore corporeo: et in corpore existente ut ab obiecto. CSecunda autem verificatur de intellectione eterna intellectus agentis: qua per propriam substantialiam scilicet intelligitur. Illa enim est actio non communicata corpori: quia intellectus agentis: qui neque est corpus neque virtus in corpore: ut in tertio ostendetur: et est non existens in aliqua eorum: que sunt in corpore id est a nullo corporeo: ut ab obiecto dependens: ex quo a fantasmatore non dependet. Ex quibus patet intellectus illarum questionum quas mouet commentator: et etiam eorum solutio. CAlbertus autem hic per nitres propositiones. CPrima est quod aliqua est operatio alicet que communicatur corpori: patet de visione et alijs huiusmodi. CSecunda est quod aliqua est operatio anime que non communicatur corpori: sed communicatur communicanti corpori: patet de intellectione: ut anima intelligit se: aut aliquam intelligentiam abstractam per species elicitas a fantasmatore non dependentes: aut per lumen ab intelligentia sibi influxum: CEt si contra ista adducatur Aristoteles hic qui velle

videtur quod nulla sit operatio anime: ad quam nullo modo concurrat corpus. Respondeatur secundum Aquorom: quod dicum Aristoteles sic habet moderari: videlicet quod nulla sit operatio anime noua: vel que sit eius operatio vel corpori est unita que aliquo modo a corpore non dependeat: qualiter non est de intellectio ne eterna intellectus agentis. Secundum autem Alberti dici potest. velle quia est nullam potentiam operari: dum corpori est unita: a qua non possit provenire operatio a corpore aliquo modo dependentiam habens. Cum quo etiam concedendum est quod ab aliis illarum proveniri potest operatio que a corpore nullo modo dependet: ut patet ex dictis. Intelligendum secundo. quod Ari. dicit. quod intelligere aut est phantasia aut non est sine phantasia. capiendo fantasiam per operationem fantasie ea. Loquitur. n. sub distinctione per antiquos quod dicebatur uelle cum non differre a sensu seu fantasie. et ex hinc intelligere esse fantasiam. quod aducit non est manifesta differentia inter intellectum et sensum; istra manifestabitur. Et ostendetur quod intelligere non sit fantasiam. in absq; fantasiam esse non potest. CSi quid igitur anime operum aut passionum proprium: contingat utrumque ipsam separari si vero nullum est proprium non erit utrumque separabile. sed sicut recto in quantum recto multa accidentia: ut tangere encas sperare fum punctum: non tamen tangit ab hoc separatum. rectum. In separabile enim siquidem semper cum quodam corpore est. CStendit utilitatem huius inquisitionis. Dicit quod ex hoc apparet: an aliqua operatio anime sit abstracta: vel non: et hec est questione quam homines maxime desiderant scire de anima. quod ex hoc sciendi potest. an anima sit a corpore separabilis: aut non. Et loquitur conditioniter quia hoc magis apparbitur in tertio dicens: quod si aliquid operum est proprium anime: tunc illud opus est separabile id est separatum animae competens et corpori non communicatum. Si vero nullum operum anime sit sibi proprium: tunc illud opus non est separabile. id est separatum animae competens. Et hoc per exemplum declarat: quoniam sicut linea recta est: se licet fum esse recte multa accidentia. ut tangere encas sperare fum punctum et tamen linea recta non tangit encas sperare fum punctum separatum. quin ad illum contatus concurrat corpus subiectum. quoniam fum esse naturale nunquam innenitur absq; corpore. ita suppone si anima sit a corpore separabilis habebit operationem aliquam ad quam non cooperabitur corpus. CSi vero anima non sit a corpore separabilis nulla erit eius operatio ad quam corpus non concurrat. CIntelligendum primo. quod commentator commento xvij. mouet dubium contra modum arguendi Aristoteles. qui est talis. Si aliqua operatio anime est sibi propria illa est separabilis. ergo si nulla est sibi propria nulla est separabilis. Videtur quod hic modus arguendi non valeat. quoniam arguitur a destructione antecedentis. ad destructionem consequentis. et sic arguendo consequentia non tenet. sed committitur fallacia consequentis. Ad hoc adducit commentator: responsionem themistici. qui dicit quod quando consequens possibile est esse cum antecedente. id est accipitur ut possibile vel contingens sequi ex antecedente: tunc licet arguere a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. ut si hoc visibile est animal. possibile est ut si homo. sed hoc visibile non est animal. ergo impossibile est ut sit homo. Sed quando in positionibus hypotheticis continuatis consequens necessaria sequitur ad antecedentes: tunc oportet arguere a destructione consequentis inferendo destructionem antecedentis. Argumentum autem Aristoteles est in propositionibus existentibus in disponere prima. quod est. CHece solutio non ut sufficere. quod ista additionalis. Si aliqua operatio est propria alicet

Liber

illa est separabilis: aut est vera: aut non: si sic consequens sequitur de necessitate ex antecedente et per consequens oportebit arguere a destructione consequentia ad destructionem antecedentis. si non tunc assumptum Arist. erit falsum. **C** Ideo aliter respondet Egidius dicens quod quādo conditionalis est ex terminis cōvenitibilibus. tūc vtrōque modo possumus arguere vt patet. et sic est in proposito. quia ista concurritur operatio anime propria et operatio anime inseparabilis: quare et ceterum. **C** Intelligendum secundum: secundum comētātē quod cū Arist. dicit quod linea recta non contangit eam speram separata a corpore. logē de contactu vero et naturali non de contactu mathematico. Et differunt isti contactus. quia in mathematicis que se tangunt continuantur et habent ultimū idem: Sed in naturalibus quād ultima se tangentium sunt simili. sunt tamen diversa propter diversitatem formarū substantialium diversa ultima sibi determinantur.

C Uidentur autē et aie passiones oēs cū corpore esse: ira: mansuetudo: timor et misericordia: cōfiden- tia: adhuc gaudium: et amare: et odire: simul enim his patit aliqd corpus. Indicat autē hoc aduris quod et manifestis passionibus cōcidetibus nihil exacerbari. aut timere aliquando: aut et paruis et debilibus moueri quū accēdat corpus: et si sic se habeat qui irascitur ad huc aut magis hoc manifestū. nullo. nō tribili imminente. in passionibus fiunt his aliquid timentes.

C hic declarat Aꝝ oēs passiones aie aliquo mō corpori cōunicari. et una sit magis cōnivata altera. cū ad aliqz critagē physica alteratio et motus localis. sic i passionib⁹ aie cōcupisibilis. Ad aliquam vero exiguit solum aliat⁹ sp̄ ritualis. vt in alteratione sensus. Et dividitur in duas. quia primo facit hoc secundo infert duo corollaria. ibi secunda. Si autem sic. **C** De prima dicit. quod omnes operationes et passiones anime videntur esse cum corpore. quod maxime patet in passionibus anime concupisibilis. sicut sunt ira mansuetudo timor: misericordia. et reliqua huiusmodi que non sunt absqz motu locali cordis dilatationis et constrictioñis. et absqz physica alteratio: quod p̄ signum. quia secundum quod homines sunt diuersarum complexiōnium et differenter alterationem incurvant in his passionibus differenter se habent: Sunt enim quidam quod sorribus et manifestis periculis superuenientibus nihil. p̄ nocantur ad iram propter eorum flegmaticam complexionem frigidam et humidam inceptam ebullitionem. et alii in talibus nihil timent sicut qui multum sanguinis habet et corda calida. Alij autem aliqui a paruis et debilibus causis superuenientibus cito incitantur ad iram. vt dum corpus est faciliter irascibile et ferre ita dispositionem vt in coleris accidit habentibus corda calida et sanguinem leuem. qui facile sursum mouetur. **C** Et ad huc hoc ē magis manifestum in his qui sunt timentes. quando nulla est causa timoris vt accidit in melancolicis qui sunt frigidi et siccii pauci spiritus et modici caloris in corde in quibus propter vapores melancolicos nigros ascendentes fantasmatā. a parente terribilis. sunt inducētes timore.

C Si autem sic se habet maiestum quoniā passionum rationes in materia sunt quare termini tales. vt irasci motus. quidem talis corporis: aut partis: aut potentie ab hoc et gratia huius.

C Infert duo corollaria ibi secundum. Et propter hoc. **C** P̄imum corollarium est. quod ex quo omnes passiones anime communicantur corpori. et ad eas cooperatur corpus manifestum est quod omnes huius diffiniri per corpus et per materiam vt sibi diffinatur. ira. dicimus quod est motus talis

corporis aut partis: vt cōdis vel sanguinis aut talis potētie scilicet irascibilis. ad hoc quia ab apparenti pati uipenſione et gratia huius quia propter appetitum dolosum in contrario. Scu propter appetitum pene in vindictam.

C Intelligendum quod i hac diffinitione ire explicatur plures cause ipsius. **C** Primo causa materialis. cum dicis motus talis corporis quando sanguis accensus est per partis: scilicet cordis quoniā ira in cor primo mouetur constringendo dum homo conturbatur: et postea dilatando dum querit punitionem: vel huius potentie: scilicet irascibilis pro quanto tali corpori: vel parti existit uirtus. **C** Secundo causa efficiens dum dicitur ab hoc: scilicet apparenti paruipensione. nam tunc aliquis irascitur duz videt se aparenter paruipendi. **C** Tertio causa finalis dum dicitur gratia huius: quia propter appetitum pene in vindictam

Et propter hec igitur iam phisici est considerare de anima: aut omni huiusmodi.

C Secundum corollarium. Ad phisicum pertinet considerare de anima. Probatur ad cūdem pertinet considerare operationem et illud cuius est operatio. sed passiones predictae sunt operationes anime et de illis considerat phisicus. ergo et de anima habet considerare. **C** Itē ad naturalem pertinet considerare de passionibus quia in carum diffinitionibus ponitur materia: vt patebit secundo huius igitur r̄cetera. **C** Hidendum est ergo vitrum omnis anima sit actus et perfectio materie: aut non. Si sic naturalis habet considerare de omni anima si non naturalis habet considerare de omni anima que est huius scilicet perfectio materie. **C** Intelligendum primo Aꝝ. dicere: aut omni aut huius propter intelligentias super celestes: que a quibusdam dicuntur esse anime celorum de quibus quo ad propter quid et finis earum substantias non habet phisicus se intrrompere: sed solum quo ad quia est et per comparationem ad motum ex quo non sunt perfectio[n]es materie aut corporis. nec finis esse: nec finis earum primas operationes. **C** Intelligendum secundum quod anima duplicitate potest diffiniri. Uno modo per intrinseca tantum et talis diffinitione pertinet ad divinum. Aliomodo per extrinseca vt per proprium subiectum aut per operationes eius: et talis diffinitione pertinet ad naturalem: vt in secundo huius patebit.

C Hic cadunt aliquæ dubitationes.

Hinc dubitatio est quia Aꝝ. videtur sibi contrarius. Nam superius in illa parte. Inquirimus autem. dixit quod passionum anime quedam sunt proprie et quedam cōmunes. hic autem velle videtur omnia esse communes. Arguit enim sic: si aliqua operatio esset propria aie marie est intelligere: sed intelligere non est operatio ei propria: quia intelligere aut est fantasia aut non est sine fantasia. cum ergo fantasia sit operatio organica: non poterit fieri intelligere nisi corpus aliquo modo concurrat. **C** Secunda dubitatio est quod si solum forme et operationes que sunt perfectio[n]es materie sunt phisice considerationis: vt hic inuit Aꝝ. tunc sequeretur quod de intellectu non haberet phisicū considerare vel se intrrompere cum nullius corporis sit actus vt dicit Aꝝ. in 3º. huius et neqz sit virtus in corpore vt ibidē Aquinas asserit: consequens autē est falsum ut p̄ signum.

C Respondeat ad primum quod duplicitate aliqua operatio dividitur cois aut propria. Uno modo illa operatio de propria aie que in sola aie subiectu recipitur: vt in subiecto propria quod: et hoc modo concessit Aꝝ. superius aliquā operatio nem aie esse propriam: et aliquā communē. **C** Alio modo dicitur aliqua operatio aie propria ad quam nullo modo concurrat corpus: sive corporē tāqz subiectū vel organū aut tāqz obiectū. Et illa appellat cois ad quā corporis sive corporē aliquo modo illoꝝ modo cōcurrat: et hoc modo vult hic Aristotiles nullam operationem anime esse propriam. quod ad intelligere de quo inarie videtur: quod si

Primus

operatio anime propria tanq; obiectum concurrit fantas-
ma: quod est corpus sive corporeum et extensione organi
virtutis sensitiae interioris extensem: et hoc intelligi debet
de anima et corpori est unita. De anima autem intellectua
secundum se accepta: sicut Averoym aliter esset dicen-
dum. ut patet in tertio huius. Et similiter post separa-
tionem eius a corpore secundum catholicam fidem: tunc enim i-
telligit per species aut habitus in eo conservatos: aut per
lumen ab intelligentia sibi immisum absque concurso ali-
cuius corporei: ut alibi habet inquiri. Ad secundam du-
bitationem Averoym diceret quod licet intellectus non sit p-
fecio materie quo ad esse sicut alie forme materiales: est ta-
men quo ad suam operationem primam: et hoc sufficit ut de
ipso quo ad quid consideret physicus. ¶ S' id est autem ca-
tholica diceret ipsum esse perfectionem corporis per in-
formationem et quo ad esse: t' non solum quo ad operari:
et quod est abstractus abstractione opposita extensioni et edu-
ctioni de potentia materiali et non aliter.

Iffferenter autem diffiniet physicus et dialeti-
cus unumq; ipsorum ut iram qd est: hic
qd enim appetitum recōstitutionis: aut ali-
quid huiusmodi ille autē feruorem sanguinis aut ali-
quid circa cor: horū autē alius qd assignat materi-
am aliis vero speciem et rationem.

Co stendit dyaleticum et physicum differenter se habet
in diffiniendo has anime passiones: et duo facit: quia pri-
mo ponit hanc differentiam: secundo separat naturalem
ab alijs artificiis: ibi secunda. Aut non est aliquis.
Prima in tres qd primo ponit differentiam illam: secun-
do ostendit diffinitionem naturalem esse magis comple-
tam diffinitione dyaletica: tertio distinguunt diuersa gene-
ra diffinitionum: ut appareat que illarū sit naturalis: ibi
secunda. Ratio quidem enim: ibitertia. ¶ Sicut domus
De prima dicit quod physicus et dyaleticus diuersimode dif-
finitur vñāquāq; harum anime passionum. Unde si de-
beat diffiniri ira dicet dyaleticus ipsam esse appetitum re-
contristationis et doloris in contrario. Naturalis autem
dicet eam esse feruorem sanguinis aut spiritus circa cor:
et naturalis sic diffiniendo diffinit per materiam: dyaleti-
cus vero per formam. ¶ Intelligendum sicuti comenta-
rem commento. xvi. quod naturales differunt a disputatorib;
sicut locis in modo diffiniendi: quoniam disputatores diffi-
niendo dicunt formam tantum: naturales vero dicunt ma-
teriam: nam cum naturalis sit artifex realis considerat for-
mam sicut esse reale et ut habeat esse in materia: Ideo eam
per materiam diffinit: dyaleticus vero quia est artifex ra-
tionalis diffinit accipiendo solum rationem et formā: abs
que hoc quod in talibus diffinitionibus ponat materiam.

CRatio qd enim hec species rei necesse est hāc esse
in materia aliismodi si erit.

Declarat diffinitionem naturalē esse, magis completa
diffinitionē dyaletica: cum enim dixerit dyaleticum diffi-
nire per formam tantum et naturalem per materiam: sub-
dit quod ratio sive quiditas exp̄imenta per diffinitionem est
specie rei idest forma que est in re et in materia: et ne-
cessere est hanc si erit esse in huius materia idest in materia
sibi proportionata: et quia sicut aliquid se habet ad esse
ita ad cognoscē et diffiniri. Ideo diffinitio de forma quod est
in materia nunquam erit perfecta nisi in eo ponat materia.

Sicut domus ratio quidem quedam talis: quod co-
operimentum prohibens corruptiones auctis ym-
bribus et caumatibus: hec autem dicit lateres et la-
pides et ligna alia vero in his specie pp ista que igi-
tur naturalis harū vtrūq; circa materiam rationem
ut ignorās autque circa rationē somnū aut ma-

gis quod est vtrisq; illoꝝ at quis vterque:

Distingunt diuersa genera diffinitionum: vt ostendat
que est naturalis et que non dices: quod est una diffinitio domi-
data solum per formam quod est cooperimentum prohibi-
bens corruptiones a ventis humibribus et caumatibus.
Alia est que dicit solum materiam: ut quod domus est lapi-
des lateres et ligna. Tertia vero est que dicit species et for-
mā in his: i.e. in tali materia, quod lapidib; lateribus et lignis
et propter ista: i.e. propter talē finem. s. ut prohibeat cor-
ruptiones et cetera. ¶ Et tunc queritur Ari. que istarum diffini-
tionum est naturalis: aut illa que dicit materiam tantum:
aut illa que dicit tantum formam: aut magis illa que dicit
vtrūq; scilicet tam materiam quod formam. ¶ Et respōdet
Ari. dicens quod vtrūq; id est vtrūq; diffinitionū dicentum
materiam est naturalis: sive dicat materiam tantum: sive
materiam et formam diffinitio autem dicens solum formā
non est naturalis. ¶ Intelligendum primo sicuti Egidius
et Ari. illam diffinitionem appellat formalem que est de
demonstrationis principiū et que imponit alijs necessitate
illam vero materiale que est demonstrationis conclusio
et cui necessitas imponitur. Cum ergo finis imponit ne-
cessitatem agenti et agens forme et forma materie. sequitur
quod diffinitio data per causam finalem efficientem et forma-
lem est formalis respectu diffinitionis date per materiam
quare Ari. loquendo de diffinitionibus non distinguit i-
ter finem et formam: et omnes datas per illas causas ap-
pellat formales. vnde appetitus vindicta est finis ire: et p-
hibere corruptiones a ventis et cetera: est finis ipsius domus et
tamen ab Aristote. dicunt diffinitiones formales dici-
tur etiam posse quod ille diffinitiones sunt formales quod dan-
tur per formam licet etiam dentur per finem quoniam for-
ma et finis coincidunt in idem ut pater per Aristote. eo phy-
sicoz. ¶ Intelligendum secundo secunduz commentato-
rem commento. xvij. quod qui accipit materiam in diffinitio-
ne et dimittit formam in diffinitione diminute accipit. qui
autem accipit formam et dimittit materiam extinatur quod di-
mittat aliquid non necessarium. sed non est ita. quoniam
forma debet accipi in diffinitionibus secundum dispositio-
nes in quibus erit. Philosophus ergo qui diffinit per
materiam et formam melius diffinit quod locutus qui diffinit
per formam tantum tamen diffinit locutus per formaz tam
est perfectior naturali que est per solum materiam.
Unde ut secundo posteriorum habetur triplex est diffini-
tio. Una que est principium demonstrationis et hec dicit
formam tantum. Alia est que est con demonstrationis et
hec dicit tatum materiam. Tertia vero que est tota demo-
stratio positione diffrens et hec dicit vtrūq;.

Alut non est aliquis qui circa passiones materie
non separabiles: sed physicus circa omnes quecum
que huius corporis et huius materie opera et passio-
nes sunt circa quascunq; autem non huius alius ut
de quibusdam quidem artifex est si contingat ut i-
structor: aut medicus non separabilium quidem in
quantum autem non talis corporis passiones sed
ex restrictione mathematicus secundum aurem quod
omnino separate prius philosophus.

Sperat naturalem ab alijs artificiis in modo co-
iderandi de passionibus seu formis. et tria facit. Primo
quod dictum est. Secundo quod disgressionē fecerat revertit
ad principale propositum. Tertio continua dicta dicen-
dis ostendendo qualiter de anima sui inquirendum. ibi
secunda. Sed redeundum: ibi tertia. Intendentes autē
¶ De prima dicit quod non est aliquis quod consideret passiones et
operationes corporis physici inseparabiles ab eo inqua-
sum inseparabiles sunt nisi naturalis qui considerat om-
b

Liber.

nes passiones materie naturalis. h₃ q₃ sunt passiones ei⁹ a principio q₃ est natura. Passiones autem que insunt corpori naturali inseparabiliter h₃ q₃ inseparabiles sunt non q₃ de p₃ principiū q₃ est natura et ex necessitate. Sed p₃ arte et voluntate et contingenter considerat artifex mechanicus sicut instructor. i. carpentarius et medicus. s. cyrrugicus: qui considerat formā instrumenti manualis. Sed passiones nō separabiles a corpore naturali h₃ esse: h₃ solum b_m definitionē considerat mathematicus. Ea autem que sunt separata a corpore seu materia tam b_m considerationē q₃ b_m esse considerat primus physiophus. C Intelligendum q₃ naturalis differt ab artifice pratico mathematico et divino in considerando quoniam naturalis considerat inseparabilia a corpore naturali et b_m esse et definitionē sicut formaz carnis aut ossis et b_m q₃ sunt in corpore naturali a principio q₃ est natura. Artifex autem praticus considerat passiones a corpore naturali inseparabiles ut supra que ei insunt non a natura sed p₃ arte aut voluntate sicut formā domus aut alerius rei artificialis. Mathematicus considerat formas et passiones inseparabiles a materia naturali b_m esse seperabiles tamē b_m in definitionē sicut sunt linea et superficies et reliqua huius: in quoꝝ definitionibus b_m q₃ de ipsa considerat mathematicū non eadē materia sensibilis sed solum intelligibilis. Unde q₃ quis mathematicus abstractat a materia sensibili. i. non tamē abstracta a materia intelligibili: nō. n. considerat circulum absq₃ semicirculis qui sunt partes eius quantitatis: et ex consequēti materia intelligibili et quātitas de qua ē geometria respectu suarum passionum dicitur materia intelligibilis. Divinus vero considerat abstracta a materia sensibili secundū esse q₃ b_m definitionē et etiā a materia intelligibili sicut deū et alias intelligentias separatas licet cum hoc consideret etiā materialia b_m quiditates eorum.

Sed redeūdūz ē unde venit sermo: dicebam⁹ autem q₃ passiones anime nō separabiles a physica materia aīalii inquantū tales existunt furor et timor et mōr: et nō sicut linea et planum.

C Revertitur ad principale propositū dicens q₃ passiones anime de quibus fiebat sermo inseparabiles a materia physica animalium h₃ q₃ inseparabiles sunt sicut furor et timor idest sunt inseparabiles tamē b_m esse q₃ b_m definitionē et non sunt sicut linea et planum. i. superficies: hoc est nō sūt inseparabiles solū h₃ esse nō aut h₃ definitionem.

Intendentes autem de anima necesse est simul dubitantes de quibus dubitare oportet: p₃ trāseūtes primorum oppositiones comprehendere quicunq₃ de ipsa aīquid enunciarunt: ut bene quidez dicta accipiamus: si vō aliqd nō bene vereamur. Principiū aut questionis apponere que maxime videt ipsi inesse b_m naturam. Animatum igitur ab iāl mato in duobus maxime differre videtur: motu et sensu accepimus autem et a progenitoribus fere hec duo de anima.

C Continuit sc̄ ad tractum dicens q₃ nos intēdētes decimare de aīa necesse est sīl dubitantes. i. dubia monētes de quibus dubijs abundare oī per trāscutes priorū anni quozum opīsones cōprehendere quicunq₃ aliqd dīp₃ anima enunciauerūt: ut si qua fuerint ab eis benedicta dī anima ea accipiamus. Si vero aliiquid non bene illud reveremur et renuamus. C Hic occurruunt aliqua dubia. Primum dubiū est virū loyus diffinīat solum per formā. Arguit q₃ non. p₃ sic. C Ille qui diffinīat per materiam non diffinīat solum per formā: sed loyus est hui⁹ igit̄ rē. patet consequēti et maior; minor autem arguit

quia loyus diffinīat si logismū per propositiones questī eius materia et similiiter demonstrationem per prima vera et in media: et ita dī alijs: quare rē. C Secundo qui diffinīat p₃ cōpositū ex materia et forma non diffinīat p₃ sola formā: h₃ dyaleticus est huiusmodi cū diffiniat hominē p₃ animal rationalē et animal est quid cōpositum ex materia et forma q₃ re rē. C Tertio q₃ diffinīat per genus et differentiā nō diffinīt solum per formā cū genus dicat materiam et dīa formā. h₃ loyus est hui⁹ igit̄ rē. C Quarto si locus diffinīat solū per formā tūc non posset diffinīat cōpositū ex materia ex forma consequēti salsum et patet consequēti q₃ forma non predicator de illo cuius est forma saltem in recto et diffinītio debet doc modo de suo diffinītio predicatori q₃ re rē. C In oppositu est Aꝫ. in littera. In hac questione iueniuntur plures modi dicendi. C Primus est Alberti ponens talē distinctionem de forma q₃ dupliciter sumū. Vno modo p₃ altera parte cōpositū que materiam isformat et perficit. Alio modo sumūt pro re sumpta sub quib⁹ suis formalib⁹ rationib⁹ seu intentionib⁹ cōmūnib⁹ ab ea abstractis et forma diffinīat sic sumpta est eadē res cū toto diffinīto sumpta tamē sub ratione priori et notiori: vt b_m q₃ ipsoꝝ cōceptu sui generis aut cōceptu sue dīe parties. n. diffinītio sunt forme. Undelicet genus b_m q₃ est pars speciei se habeat ut materia ut tamē dicitur tū se habeat ut forma et ē forma generalis et differentia de forma propria. C Tunc dicit q₃ loyus nō diffinīat p₃ formā p₃ modo sumpta ut probat aliquę rationes superī adducere. h₃ diffinīat formā sumpta secundū modo. s. p₃ genus et differentia. C Sed tunc est dubiū quia cū metaphysicus ē diffinīat p₃ genus et differentiā tūc inter eos non erit differentia in diffinīendo. C Respondeat q₃ licet tā metaphysic⁹ q₃ loyus diffinīat hominē p₃ aīal rationale. differentia in cōsiderat illam diffinītē: quoniam metaphysicus cōsiderat illā ut dicit quiditatē diffinīt. loyus vō ut est instruētū ducēt intellectū innoticiū diffinīt et considerat prius diffinītio i ordine ad intentiones secundā ut b_m q₃ una est genus et altera differentia. C Secundū modus quē ponit Joannes Jandonus i quib⁹ suis questionib⁹ vbi vult q₃ loyus diffinīat p₃ formā vera ipius cōpositū: h₃ tū nō diffinīat p₃ ea ut habeat rationē pris h₃ ut sub ea specula tur tota res cōposita q₃ ut sic habet rationē tonus et ipsoꝝ tatur p₃ genus et differentia. Unde b_m en forma substantiā dicit totā quiditatē cōpositū et mā nō est pars quiditatē cī h₃ solum ē differentia qditatē p₃ quāto est subiectum in quo forma fundat et substantiā. C Tertiū modus sūt alio uero dicētū q₃ tā naturalis q₃ loyus p₃ diffinīt per formā tūc et p₃ materia tūc: et q₃ Aꝫ. solum posuit differentias ier eos quātū ad diffinīēdu animae passionēs volēs q₃ dyaleticus illas diffinīat solū p₃ formā physic⁹ autem p₃ materia: q₃ patet p₃ verba Aꝫ. dum dicit. Differenter autem diffinīat physic⁹ et dyaleticus vñuquodcumque ipox. s. animae passionē ut irā rē. Quicq₃ tamē sit mihi videt q₃ loyus diffinīēdo entia rationis aliquando diffinīat p₃ materiam ut vñuū argumentū ostendit. sed diffinīēdo entia rea lia diffinīat solum per formā q₃ diffinīat ea solū p₃ genus differentiationē. Quare autem dī diffinītio data per genus et differentiam dicitur formalis tantum apparuit in questione q₃ liter diuersi id diuersimode exponunt. Ad rationes ad p₃ man patet. C Ad hām b_m Albertuz patet q₃ aīal vitāl dicit totū solū sub simplici formalī rationē acceptū. vnde oīs intentiones quinq₃ vñuerū saluum sunt simplices excepīa intentionē speciei. Secundū Joannem Jandonū aīal dicit solam formā animalis: acceptā tamē ut habet rationē tonus et sic quomodo cūq₃ sumatur animal: ut aīal aut est sub intentione generis: aut ut dicit solā quiditatē habetē rationē tonus dicit solam formā et nō copiū ex materia et forma; licet tamē illa res que est animal

SECUNDUS

sit composita ex anima et corpore et non sit simplex. Et per idem patet responsio ad rationes sequentes. Secundum dubium est: utrum naturalis diffiniatur per materiaz Arguitur quod non: primo sic. Si naturalis diffiniatur per materiam: aut ergo per materiam intelligibilem: aut per materiam sensibilem per sufficientem divisionem: non per materiam intelligibilem: quia per illam diffiniunt mathematici: nec per materiam sensibilem: quia materie sensibilis est aggregatum ex materia et qualitatibus sensibilibus. Ideo si talis materia ponetur in diffinitione naturali: tunc substantia naturalis diffiniretur per aliquod accidentem et ex consequenti per additamentum contra Ari: viij. metaphysice. Et patet consequentia: quia illa diffinitione dicitur per additamentum in qua ponitur aliquid quod est extra genus diffinitionis. Secundo si naturalis diffiniatur per materiam: tunc que non habent materiam non possent diffiniri a naturali: consequens falsum: quia corpora celestia possunt diffiniri a naturali cum sint mobilia et sensibilia: et tamen non habent materiam: ut in pluribus locis assertum commentator. Tertio multe sunt diffinitiones naturales in quibus non ponitur materia ergo tecum patet consequentia et assumptum arguitur de diffinitione nature posita in secundo physicoz: quod est principium et causa mouendi: et quiescendi ergo genere. Et de diffinitione motus posita in tertio: quod est actus entis in potentia et ceterum. Et de diffinitione temporis posita in quarto: quod est numerus motus et ceterum et pluribus talibus. Et confirmatur: quod materia diffinatur a naturali: quod est illud ex quo primo fit aliquid cum insit: et tamen non diffinatur per materiam: quia tunc idem diffiniatur per seipsum quare tecum. Quarto illud quod ponitur in diffinitione rei naturalis debet esse notior et cum diffinitione detur ut notificet diffinendum. Sexto theopicoz: sed materia non est notior re naturali: quia non quod ad nos: cum sit nobis multum occulta propter eius potestitatem. ut patet ex primo physicoz neque etiam quod ad naturam cum sit minoris nobilitatis quam res naturales ut patet quare tecum. In oppositum est Aristoteles. Ad duobus dicitur communiter quod naturalis diffinit per materiam sensibilem. Quod sic argui potest: quia per illud diffinit naturalis quod est proprium subiectum forme naturalis. sed illud est materia sensibilis ergo tecum patet prima cum minori et maior est evidens quod per illud distinguitur naturalis ab artificiis in diffinendo. Secundo per illud diffinit naturalis quod est principium essendi et cognoscendi rerum naturalium. et per quod distinguitur ab oibus alijs. Sed materia sensibilis est huius quare tecum. Sciendum quod materia sensibilis potest capi dupliciter. Uno modo pro materia informata qualitatibus sensibilibus. Alio modo largius per quo cuncte per se et proprio diffinibili hinc naturalem habitudinem ad motum vel quietem. Sciendum etiam quod naturale diffinire per materiam sensibilem potest intelligi duplicitate. Uno modo quod materia sensibilis expresse ponatur in sua diffinitione. Alio modo quod materia sensibilis detur intelligi per suam diffinitionem per quandam constructionem propinquam. Et tunc dicitur quod licet naturalis ut plurimum diffinit per materiam sensibilem primo modo et secundum expressionem non tamen semper. ut plura argumenta covincunt. Sed tamen naturalis semper diffinit rem naturalem per materiam sensibilem secundo modo aut secundum expressionem aut secundum quandam proximam consequitionem. Et ratio est quia res naturalis ut sic includit aptitudinem ad motum et ideo debet diffiniri per subiectum motus et tale est materia sensibilis secundo modo. Et dicitur aut secundum proximam consequitionem: quod licet in diffinitione naturali non semper ponatur expresse materia sensibilis: tamen datur intelligi ex propinquuo ut patet in diffinitione temporis in qua per motum statim datur intelligi mobile

et ita de alijs. Quod autem hoc sit verum ostenditur inducive. Nam rerum que a naturali diffiniuntur: quedam sunt substantiae et quedam sunt accidentia. Et substantiae quedam sunt perpetue ut corpora celestia: et talia sunt substantia motus circularis. Quedam autem sunt generables et corruptibles: et harum quedam sunt simplices sicut materia et forma et quedam composite ex illis. et constat quod materia est subiectum receptuum motus extendendo motum ad transmutationem substantialem. Et similiter substantia composita est subiectus motus vel quietis. quare hec omnia habent diffiniri per tale subiectum et ex consequenti per materiam sensibilem secundo modo sumptibus cum per ipsam cognoscantur et distinguantur ab omnibus alijs. Similiter forma substantialis habet diffiniri per tale subiectum cum sit materia eius propinqua. Et ideo dicendum est de accidentibus per se et propriis rerum naturalium sicut dicit Ari. de ira et reliquis huiusmodi. Et per hoc respondetur ad rationes. Ad primam patet quo modo naturalis diffinit per materiam sensibilem. Et eis postea inseritur quod substantia naturalis diffiniretur per additamentum. quidam hoc concedunt nec aliter diffinit naturalis quoniam diffinitione quiditiva pertinet ad metaphysicam. Alij negant consequentiam dicentes quod materia sensibilis secundo modo est de intrinseca ratione substantie naturalis. nec omnis diffinitione que est per rem alterius predicamentum est per additamentum. sed ultra hoc opotest quod non sit de primo intellectu diffinita. quod non est in proposito. Ad secundum patet quod corpora celestia habent materiam sensibilem secundo modo sumptam vel ipsam sunt talis materia. Ad tertiam patet quod per omnes illas diffinitiones datur ex propinquuo intelligi mobile quod est materia sensibilis sumpta secundo modo. et hoc sufficit ut dicitur in questione. Et ad confirmationem dicitur quod non in conuenienti aliiquid accipi in sua diffinitione. modo tamen notior quam ipsum diffiniatur. Ad quartam dicitur quod licet materia prima non sit notior re naturali tamen in materia secunda est bene ea notior et per talam diffinit naturam. non autem per materiam primam immo materia simpliciter prima. ut sic non est de eius consideratione sed metatheopicoz neque enim considerat formam simpliciter. sed in ordine ad materiam sensibilem motum et transmutationem quare non diffinit per formam simpliciter sumptam. sed si diffinit per formam hoc est cum inclusione materie. Unde ut dicit Aristoteles in secundo physicoz consideratio naturalis de forma est sicut consideratio de simo quare tecum. Et sic sit finis huius problematis ad laudem omnipotentis Dei Amen.

Finis expositionis Haitani super problemum primi libri de anima.

Liber.

Cdicunt enim quidam et maxime: et primo esse animani id quod est mouens: et estimantes autem quod non mouetur ipsum non contingere mouere: alterum eorum que mouentur animam sic arbitrati sunt esse. vnde Democritus quidem ignem quemdam aut calorem esse dicit ipsam. Infinitis igitur existentibus figuris et atomis que sunt speciei rotunde ignes et animani dicit: ut in aere moto que vocantur decisiones que videntur per portas in radibus: quarum omne semen elementa dicit Democritus totius nature: similiter autem Leucippus horum autem sperica animam propter id quod maxime possunt penetrare per omne huius modi figure et mouere reliqua quam moueantur et ipsa arbitrantes ait esse efficiens in alib' motu. **C**laude et viuendi terminum esse respirationem Constringente enim eo quod corpora continet et ex trudente figuris prebentes animalibus motum ex eo quod non est ipsas quiescere nullatenus auxilium fieri de foris ingredientibus alijs huiusmodi in respirando prohibere enim has et que sunt ailib' disgregari simul prohibens et constringens et coprimens et viuere autem quod diu possunt hoc facere. **C**uidetur autem et a pythagoricis dictum eandem habere intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipsorum animam esse que sunt in aere decisiones: alijs autem has mouens de his autem dictum est propter id per continuo videntur moueri: et si sit tranquilitas nimia. In idem autem feruntur et quicunque dicunt animam esse quid se ipsum mouens videntur autem omnes hic existimasse motus maxime proprium esse anime: et alia quidem omnia moueri propter animam: ipsam autem a seipso: propter nihil videre moues quod non moueat et ipsius. **C**Similiter autem et Alaragoras animaz dicit esse mouentes: et si aliquis alius dixit quod omne mouet intellectus: non tamen penitus licet Democritus: ille quidem enim dicit simpliciter idem esse animam et intellectum: vero enim esse quod videt. vnde bene facere Homerum quod Hector iacet aliud sapiens. non itaque videt intellectus tanquam potentia quedam que circa veritatem sed idem dicit animam et intellectum. **C**Alaragoras autem minus certificat de ipsa dulotiene quidem enim causam eius quod bene et recte dicit esse intellectum: aliqui autem intellectum hunc esse animam. In omnibus enim ipsum inesse animalibus magnis et paruis et honorabilibus et inhonorabilibus. non videtur autem secundum prudentiam dictus intellectus omnibus similiter animalibus inesse: sed neque omnibus hominibus. **C**Quicunque igitur immoueri enim datum asperge ruut: hic quidem maxime motum opinati sunt animam esse. Quicunque autem ad cognoscere et sentire ea que sunt: sicut animam esse principia alijs quidem facientes plura hec: alijs vero unum

hoc sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus esse: et unumquodque eorum animam dicens sicut terrae quidem terra cognoscimus: aqua autem aqua: ethere autem ethera: sed ignem ignem manifestum est: concordia autem discordia discordia autem discordiam.

CEdem autem modo et Plato in timeo animalium et elementis facit cognosci enim simile similes autem ex principiis esse: similiter autem et in his que sunt de philosophia dicta determinatum est: ipsum quidem animal ex ipsa unius idea et ex prima longitudine et latitudine et altitudine alia autem simili modo.

CEldhuc autem et aliter intellectum quidem unius scientiam autem duo singulariter autem ad unius plani autem numerum ad opinionem: sensum vero cum qui firmi: hi quidem enim numerum species et principia entium dicebant: sunt autem ex elementis. Judicantur enim res aliae quidem intellectus: alie vero scientia: alie autem opinione: anima vero sensu: species autem numeri hic reges.

CQuoniam autem et montium videbatur anima esse et cognoscituum siquidem complexi sunt et ex utrisque enunciates animam esse numerum mouentem se ipsum. differunt autem et de principiis que et quot sunt. **A**Harinie quidem corpore facientes et incorporea: his autem miscentes et ab utrisque principia referentes. differunt autem et circa multitudinem: hic quidem unus: illi vero plura dicunt.

CConsequenter autem his et animam assignat motuum enim secundum naturam primorum existimauerunt non irrationaliter. vnde quibusdam visus est ignem esse: etenim hic in partibus subtilissimus est: et maxime elementorum incorporeum adhuc autem mouetur quia et mouet alia primo.

CDemocritus autem dulcius dicit enunciatus utrumque horum: animam quidem enim et intellectum idem. Istud autem primorum et indubitate corporis esse: motuum autem propter subtilitatem partium et figuram. Figuraz autem nobilissimam que sperica dicit: hoc autem intellectum esse et ignem. **C**Alaragoras autem videtur quidem alterum dicere animam et intellectum ut diximus prius. utitur autem utrisque sicut una natura: veruntamē ponit intellectū principiū maxime omniū solum: quia dicit ipsum eorum que sunt simplicem esse et immutabilem et purum: assignat autem utrumque eidem principio et cognoscere et mouer dicere intellectū omne.

CUide autem Tales ex quod miniscimus motuum aliquos ait opinari si idem dixit lapidem ait habet quoniam ferrum mouet diogenes autem licet et altius quod aerum habet opinans omnium subtilissimum esse et principium et proprieatum hoc cognoscere et mouer animam sicut et principium ex hoc reliqua cognoscere sicut vero quod subtilissimum est motuum esse. Eracitus autem principium esse

secundus

dicit siquidem vaporem ex quo alia cōstituit: et in corporalissimum autem et fluēs semper. Quod vero mouetur motu cognosci: in motu autem eē que sunt et ille arbitratus est et multi. Similiter autē his et Alcmeon opinari vīsus est de anima: dicit. n. ipsam imortale propter hoc quod assimilatur imortalibus: hoc autē inesse ipsi tamq; mote semper.

Moueri enim et diuina omnia continue semper lunam: solem: astra: et celum totum magis autem rūdium et aquam quidam enunciaverunt: ut Hippo. suaderi. n. vīsi sunt ex genitura: quā oīum humida est: et nāq; arguit sanguinem dicentes esse animā qm̄ genitura nō est sanguis: hāc autē eē primam animā: alij autē sanguinē quēadmodum Lritias ipsum sentire anime magis propriū opinātes hoc autē iesse pp nām sanguinis. Omnia. n. elemēta propter terrā iudicem acceperunt: hanc enim nulli protulerunt: nisi si aliquis dixerit animā esse ex omnibus elementis: aut omnia

Iffiniunt autē omnes animam tribus vt est dicere: motu: sensu: et in corporeo horū autē vñū quodq; reducitur ad principia: vnde et in cognoscendo diffiniētes ipsam: aut elementum: aut ex elemētis faciūt: dicentes similiter inuicem preter vñū. Bicut. n. simile cognosci simili: qm̄. n. anima omnia cognoscit constituant eā ex oībus principijs. C Quicūque quidē igitur vñā aliquam dicunt causam: vt elementum vnum et animā: vñū ponunt: vt ignē: aut aerem: plura vero dicentes principia: et aiām plura dicunt. Anaxagoras autē solum impasiblē dicit intellectum et comune nihil nulli alioꝝ habere: huiusmodi autē qm̄ sit quomodo cognoscit: et propter quam causam: neq; ille dixit: neq; per ea ex his que dicta sunt conspicuum est. C Quicūque autē cōtrarietates faciūt i principijs et aiām ex p̄rijs cōstituit. Quicūq; autē alterꝝ p̄riox: vt calidū: aut frigidū: aut aliud huiusmōi aliud: aiām sifr vñū aliquid horum ponūt: vñū et noībus cōsequūt: qui quidē calidū dicētes qd̄ propter hoc: et viuere nominatū est qui autē frigidū pp respirationē: et refrigerationē vocari aiām. Tradita quidē de anima et pp quas causas dicunt sic hec sunt. D Con siderandum autem priūm quidam de motu. Fortassis autem non solum falso est substantiā ipsius huiusmodi esse qualem aiunt dicētes aiām esse quod est se ipsum mouens aut possibile mouere: sed vnum quoddā et impossibilium iesse ipsi motum: qd̄ quidē igitur non necesse sit mouens et ipsum moueri dictum est prius. C Dupliciter enim mouetur omne: aut. n. fm alterū: aut fm se ipsum. fm autem alterum dicimus quecunq; mouentur ex esse in eo qd̄ mouetur: vt naute: nō. n. similiter mouentur nauī. Hec quidē enim fm se ipsam mouetur illi autē ex esse i eo qd̄ mouetur.

A Manifestum autē in pārtibus est proprius quidē enim motus pedū ambulatio: hoc autē et hoīum est: non inest autē nautis tunc. C Dupliciter autē vīq; dicto moueri nūc intendimus de aīa si qd̄ se ipsam mouetur et participat motu. Quatuor autē motus qm̄ sint loci mutationis: alteratiois augmēti: et de clementi: aut fm vnum horū mouebitur: aut fm plures: aut omnes. Si vero mouetur nō fm accidens natura inerit motus ipsi: si autē hoc: et locus. omnes enim dicti motus in loco sunt.

C Si autē est substantia anime mouere se ipsam non fm accidens moueri ipsi inerit sicut albo et tricubito: mouent. n. et hec fz accidens: cui. n. hec i sunt mouetur illud corpus vnde non est locus ipsorum. anime autē erit siquidem natura motu participat. C Amplius autē: et si natura mouetur et violentia mouetur. et si violentia et natura: eodem autē modo se habet et de quiete: in qd̄ enim mouet natura et i hoc quiescit natura. in qd̄ autē quiescit in hoc vio lentiā: quales autem violenti violeti motus anime erunt et quietes: neque fingere violentibus facile ē reddere. Amplius autē siquidem sursum mouebitur ignis erit. si vero deorsum in terra Horū. n. co:poꝝ motus hi: eadē autē ratio et demedijs.

Etoniam autem videtur mouere corpus rationabilē est his mouere motibꝝ quibus et ipsa mouetur. si autem hoc et conuertentibus dicere verum qd̄ secundum qd̄ corpus mouetur hoc et ipsa. corpus autē mouetur secundum loci mutationem: quare et anima mutabitur secundum corpus: aut tota. aut secundum partes translata. Si autem hoc continget et exente iterum ingredi: ad hoc autem sequitur resurgere mortua animalium. C Adotum autem secundum accidens si ab altero moueat depellet enim vīque violentia animal. nō oporet autem cui a se ipso moueri inest in substantia hoc ab alio moueri nisi secundum accidens: sicut neque quidē igitur secundum se bonum: aut propter se ipsum: hoc quidē propter aliud esse: hoc autem alterius causa. C Animam autē maxime dicet aliquis vīque a sensibilibus moueri siquidē mouetur: at vero et si mouet ipsa se ipsam et ipsa mouebitur vīque: quare quoniam omnis motus et distantia est eius quod mouetur secundum qd̄ mouetur: et anima vīque distabit a substantia ipsius secundum se ipsam nisi secundum accidens se moueat: sed est motus ipsius substantie per se.

C Quidam autem et mouere animā dicunt corpus in quo est sicut ipsa mouetur: vt Democritus similiter dices. Philippo comediarū Bias colo: ait. n. Bedalii fecisse mobilē ligneā venerē infundens argētū fusile. Sili autē et democritus dicit: motas enī iquit i diuisibiles supas: pp id qd̄ apte hate sunt nūsquā manere contrahereq; et mo

uerum corpus omne: nos autem interrogabimus si et quiescere facit hoc idem. quomodo autem faciat difficile aut impossibile dicere. omnino autem non sic videtur anima mouere animal sed per voluntatem quandam et intellectum. ¶ Eodem autem modo et Timetus physiologizat animam mouere corpus in eo enim quod est moueri ipsam: et corpus mouet propter id quod complexa est ad ipsum: constitutam enim ex elementis: et dispartitam secundum harmonicos numeros quatenus cum naturalem sensum armonie habeat: et ut omne feratur secundum consonantes motus aspectu rectum in circulum reflexit: et dividens et uno in duos circulos dupliciter coordinantes. Iterum unum divisit in septem circulos tanquam esse celi motus anime motus. ¶ Primum quidem igitur non bene dicitur animam magnitudinem esse. eam enim que omnis ralem esse vult qualis est aliquando vocatus intellectus. Non enim velut sensitiva est neque ut desiderativa harum enim motus non circulatio est. ¶ Intellectus autem unus et continuus est sicut intelligentia autem sicut intelligentia. Hec autem eo quod consequenter unum sicut numerus: sed non sicut magnitudo: propter quod quidem neque intellectus fit continuus: sed haud impartibilis aut non: sicut magnitudo aliqua continua est. Qualiter enim intelligit magnitudo quum sit quamlibet partium ipsius parte autem aut secundum magnitudinem aut secundum punctum si oportet et hoc dicere partem. siquidem igitur secundum punctum hec autem infinita: manifestum est quoniam nequaquam pertransibit. Si vero secundum magnitudinem multotiens et infinites intelligit idem videtur autem et semel contingens. si autem sufficiens quamlibet partium tangere quid oportet circulo moueri: aut et omnino magnitudinem habere. ¶ Si autem necessarius est intelligere tangentem toto circulo quis est partibus tactus amplius quomodo intelligit partibilem: aut partibilem partibili. necessarium autem intellectum esse circulum hunc. Intellectus quidem enim motus intelligentia: circuli autem circulatio. si igitur intelligentia circulatio et intellectus utique erit circulus cum huiusmodi circulatio intelligentia sit: semper autem aliquid intelligit siquidem perpetua circulatio. Practicarum quidem enim intelligentiarum termini sunt: omnes enim alterius causa sunt: speculatiue autem rationibus terminantur similiter. Ratio autem omnis diffinitio est aut demonstratio. Demonstrationes vero et a principio sunt: et habent quodammodo finem syllogismum aut, conclusionem. si autem non concludantur sed non reflectiuntur iterum in principium accipientes se per medium et extremitatem recte procedunt: sed circulatio iterum in principium reflectit. Difini-

tiones autem omnes finite sunt amplius autem si eadem circulatio multotiens est operabit multotiens intelligere idem. Adhuc autem intelligentia assimilatur cuiusque quieti et statui magis quam motui: eodem modo et syllogismus. ¶ Amplius autem quoniam dicimus armoniam in duo respicietes marie quae propria magnitudinem habet in motu et positione et compositione ipsorum quae sic congruat ut nullum concordem pretermittat. hic autem et eorum quae miscant ratione neutro quoniam igitur non rationabile est compositione sicut partium corporis multum uestigabilis est multis. n. compositiones prius et multipliciter sunt. cuius igitur et quo congruit accipe intellectu compositione esse: aut et sensituum et appetituum. ¶ Similiter autem et iconuene et ratione missionis esse ait. non. n. eandem habet ratione compositione elementorum quae caro: et quae os. Accidet igitur multas alias habere et quae oportet corpus: siquidem omnia ex elementis compositionis sunt: compositio aut ratio armonia et aia. ¶ Inuestigabit autem hoc utique aliis ab Empedocle uniuersorum. n. hoc ratione quadam dicit esse: ut igitur hec ratio aia est. aut magis alterum aliud quod sit in partibus. Amplius autem utique concordia cuiuslibet missionis causa aut ei quae est ratione: et hoc utique ratio est: aut aliud propter ratione. ¶ Hec quoniam igitur habet huiusmodi dubitationes. si vero alterum est a missione aia: quod igitur similis carnis esse iterum est et alias partibus aialis. Adhuc autem siquidem non unaque pars partium habet aia: et si non est aia ratio compositionis quod est propter quod corruptum aia deficiente. ¶ Quod quoniam non armonia possibile est esse aia neque circulariter moueri manifestum est ex dictis. quae autem accipiunt moueri sicut diximus est et mouere se ipsorum: ut moueri quoniam in quo est hoc aut moueri ab aia: aliter autem non est possibile moueri quae locum ipsam. ¶ Rationabilius autem dividabit utique aliis quae sunt ipsa tangentia que moueri in huiusmodi consideramus dicimus. n. aias tristari gaudent considerare timere. amplius autem irasci et sentiri et intelligere. hec autem omnia motus esse videntur: unde opinabatur aliis ipsa moueri. ¶ Hoc autem non est necesse: si. n. et marie gaudent: aut dolere: aut ut intelligere motus sunt: et uniuersorum moueri aliud. moueri autem est ab aia ut irasci aut timere in eo quod corpus quodammodo mouet. Intelliger autem forsitan huiusmodi est alterum aliud. Hoc autem accidit ut alia quoniam locum mutationem quo rursum modo: alia autem locum alterationem. qualia autem et quo alterius rationis est. ¶ Dicunt autem: irasci aia simile est et si aliis dicat ea teneat edificari. Adeli autem est fortassis si dicatur aia misereri. aut addiscere: aut intellegere: sed hodie aia: hoc autem non tantum motu in illa existet: sed aliquoniam quoniam usque ad illam: aliquoniam autem ab illa ut sensus quoniam ab his: remuniscentia vero ab illa: motus quoniam sunt in sensibili organis aut genibus. ¶ Intellectus autem videtur fieri substantia quoniam existens et non corrupti. marie autem corrupti videtur ab ea quae est senioritate. nunc autem fortassis quemadmodum in sensitibus accidit. Si. n. accipiat senior oculum iuvenerit videbit

SECUNDUS

Vtqz sicut et iuuenis: quare seniu nō est i sustinēdo aliquid aīaz: sī i quo sic i ebrietatib⁹ et iſfirmitatibus. **C** Intelligere aut et considerare marcescūt alio quo dām interius corrupto. ipsum autem impossibile ē. Intelligere autem aut mare et odire nō sūt illius passiones: sed h⁹ hñtis illū fīm q̄ illū h⁹ quare et h⁹ corrupto n̄ memorat: n̄ amat. n̄. n̄. illi⁹ erāt sī cōis q̄ q̄ d̄structū ē: intellect⁹ at fortassis diuinū aliqd et ipassibile: qd̄ qd̄ igitur nō possibile moueri animam manifestum est ex his. si aut penitus nō mouetur manifestū quoniā neqz a se ipsa. **C** Multū autem his que dicta sunt in rationibus dicere animam eē numerū mouentem se ipsum insunt. n̄. his impossibilia primo quidem ex ipso moueri accidētia. p: opria at et eo q̄ dicunt ipsam eē numerum. Quomodo. n̄. oīz itelligere vnitatē mota: et a quo et quo i partibile et idifferēte existēt. si nāqz ē mota et mobilis differre oīz. **C** Amplius autem quoniā dicunt lineam motam facere planum: punctū autem lineam: et vnitatum motus lin⁹ et erunt. pūctus. n̄. est vnitas positionem habens. numerus at anime iam alicui est et positionem habet. Amplius aut a numero si auferat quis numerū: aut vnitatē relinquatur aliis numerus. plante autem et animallium multa diuīla viuunt. et videntur eandem animam habere. **C** Videbitur autem vtqz nihil differre dicere vnitates aut corpora parua. Et nāqz ex democriti speris si fiant puncta maneat aut solū quātitas erit aliquid in ipso: hoc quidem mouens: illud autem quod mouetur sicut in cōtinuo. nō. n̄. propter hoc quod ē magnitudie differre: aut paruitate accedit quod dictū ē. sī qz quātū. vnde necesse ē aliquid eē motiuū vnitatum. Si aut in aīali mouens anima et in numero: quare nō mouēs et quod mouetur ē anima: sī mouens solū. **C** Continuit autem hanc vnitatem quodammodo esse. oportet enim quandam inesse ipsi differentiam ad alias. puncti autem solitarii que vtqz differentia erit nisi positio. Siquidem igitur sunt altere in corpore vnitates et puncta: in eodem erunt vnitates: obtinebit enim locum puncti: et tamen quid prohibet in eodem esse si duo sunt et infinitas quorum enim locus indiuisibilis est et ipsa. **C** Si autem in corpore puncta numerus anime: aut si qui eorum que in corpore punctorum numerus anima: quare si non omnia habent animam corpora puncta enim in omnibus videntur esse infinita. Amplius autem quomodo possibile est separari puncta et absolui a corporibus nisi diuidantur linee in puncta. **C** Accidit autem sicut diximus si quidem idem dicere corpus quoddam subtilium partium ipsam ponentibus. sic autem sicut Democritus moueri dicit ab anima proprium inconveniens. Siquidem enim est anima in omni eo quod sentit corpore: necesse est in eodem duo esse corpora si corpus aliquod anima. Numerum au-

tem dicentibus in uno punto: puncta multa: et omne corpus animam habere nisi quidam numerus differens fiat: et aliis ab his qui in corpore pūctorum. **C** Acciditqz animal moueri a numero: si cut et democritum diximus ipsum mouere. Quid est enim differre dicere speras paruas: aut vnitates magnas: aut omnino vnitates ferri. utrobique enim est necesse moueri animal in eo quod mouentur ipse. **C** Complectentibus igitur in vnum numerum et motum hec quidem accidunt et multa alia huiusmodi. Non enim solum diffinitione anime huiusmodi impossibile esse: sed et accidens. Manifestum autem si quis argumentauerit ex ratione hac reddere passiones et opera: vt cogitationes: sensus: leticias: tristicias: et quecumqz alia huiusmodi. sicut enim diximus prius: neqz diuinare facile est ex ipsis. **C** Tribus autem modis traditis secundum quos diffiniunt animam. Alij quidem motu enunciauerūt maxime in mouendo se ipsaz. Alij autem corpus subtilissimum: aut incorporalis simum aliorum. **H**ec autem quas dubitationes et subcontrarietates habent preteriūmū sere relinquitur autem considerare qualiter dicitur ex elementis ipsam esse dicunt. enim quatenus sentiat ea que sunt et vñ iquodqz cognoscat. **C** Necesarium autem est accidere multa impossibilia rationi. ponunt. n̄. cognoscere simile simili: tanquam ac si animam res ponentes: non sunt autem hec sola: multa vero et alia. magis autem fortassis infinita numero que sunt ex his. **C** Ex quibus quidem igitur est vñi quodqz hoz cognoscete animam et sentire: sed compositum non cognoscet: neqz sentier: vt quid est deus: aut homo: aut caro: aut os. similiter autem quodlibet aliud compositorum. Non enim quolibet modo se habēta elemēta hoz vñi quodqz sī rōe quadā et zpositōe: quēadmodōz dicē. En pedocles: os et terra. qz hum⁹ coaptata i amplis diffusionibus duas ex octo partibus sortita ē: quattuor autem vulcano dederunt: ossa autem alba facta sunt nihil igitur profect⁹ elemēta i aīa eē nisi et rōnes ierūt et zpositio. Cognoscet. n̄. vñi quodqz simile. os aut aut hoīem nihil: nisi et hec ierūt. hoc aut quod impossible sit nihil oīz dicere quis. n̄. dubitat si ierit i anima lapis aut hō. similiter aut bonum et nō bonū: eodē mō et de alijs. **C** Ampli⁹ at quā multipli dicat id quod ē: significat. n̄. aliud qui dē hoc aliquid: aliud quātitate: aut qualitatē: aut et quoddā aliud diuisioz predicamētoz: vt et oībus erit aīa aut nō: sī nō vidētur cōia oīum elemēta eē. Si igitur quecumqz substantiaz sunt ex his solū. quo mō igitur cognoscet et alioz vñi quodqz: aut dicet vñi scuiusqz generis elemēta esse et p̄cipia propria ex quib⁹ siām cōstare. erit ergo qualitas et quātitas et substātia: sī impossibile ē ex quātita. et elementis substantiam esse et non quantitatem. dicentibus itaque ex oībus hec et huiusmodi alia accidit

Liber

CInconueniens autem est dicere quidem impossibile esse simile a simili sentire: aut simile simili et cognoscere simile simili. Sentire autem pati aliqd et facere et moueri ponunt: similiter autem et cognoscere et intelligere. Multas autem difficultates et dubitationes habente ipso dicere sicut. Empedocles quo corporeis elementis singula cognoscuntur: et ad simile testatur quod nunc dictum est. Quaecunqz enim insunt in animalium corporibus simpliciter terra: ut ossa: nerui: pili nihil sentire videntur: quare neqz similia: et tamen conuenirent.

CAmplius autem vnumquodqz principiorum ignorantia plurium intelligentia existet: cognoscere et quidem enim vnumquodlibet: multa autem ignorabit omnia enim alia. accedit autem et Empedocli incipientissimum esse deum. solus enim elemenatorum vnum non cognoscet discordia. mortalia autem omnia: et omnibus enim vnumquodque est.

COmnino autem propter quam causam non omnia habent animam que sunt quoniam omne aut elementum: aut ex elemento: aut uno: aut pluribz: aut omnibus. necesse est enim vnum aliquod cognoscere: aut quedam: aut omnia.

CSubitabit autem aliquis: et quid est vnum faciens ipsa. materie enim comparantur elementa.

Maxime enim proprium est illud continens qd cunqz est. anima autem aliquid melius esse et antiquis impossibile est: impossibilius autem adhuc intellectu. Rationabilissimum enim huc esse nobilissimum et diuinum est naturam. elementa at dicunt esse. j. etiū.

COnnes autem et qui ex eo sentit et cognoscit anima que sunt ex elementis dicunt ipsaqz et qui maxime motuum non de omni dicunt anima neque enim sensitiva omnia motiva. videntur enim esse quedam animalium et mouentia secundum locum: et tam videtur hoc solo motu mouere anima animal. similiter autem et quicunqz intellectuum et sensituum faciunt ex elementis. videntur enim plante vivere non participantes loci mutatione neqz sensu et animalium multa intelligentiam non habere.

CSi autem aliquis et hec segregauerit posueritque intellectum partem aliquam anime. Similiter autem et sensituum: neqz utiqz sic dicet de omni anima: neqz de tota vel una: hec autem sustinuit et que est morphicis vocatis carminibus ratio dicit enim animam ex toto ingredi respiramentum que fertur a ventis: non possibile itaqz plantis hoc accidet: neqz aialiu qbusdā siquidē non oia respirat.

CHoc autem latuit sic opinantes. si vero ex elementis animam facere oportet: nihil oportet ex omnibus. sufficiens enim est altera pars contrarietas seipsum diuidicare et oppositam. Recto enim et ipsum est obliquum cognoscimus. Index enim utrumqz canon est recto: obliquum autem neqz suipius: neqz recti. Et in toto autem quidem

miseri ipsa dicunt unde fortassis et Thales opinatus est omnia esse plena diis: hoc autem habet quasdam dubitationes: propter quam .n. causam in aere. aut in igne anima quae sit non facit animal in misto: et hoc in his melior eē putata. Que ret enim utique aliquis: quam ob causam que in aere anima: ea que in animalibus melior et immortalior. **C**Accedit autem utroque inconueniens et irrationabile: et nanque animal dicere ignez aut aerem magis irrationabilem est: et non dicere animalia cum anima inquit inconueniens est. **C**Opri ari aut vident aiaz eē et in his qm totū ptibus simili spē: quare necessariū ipsis dicere et aiaz sūl spē ptibus eē: si itercipi aliqd p̄tinēt i aialibus aia aialia sunt. si aut aer qdē discriptus sūl spē: anima aut dissimilis ptibus. hoc qdē aliqd ipsis erit ut aliud aut non erit. necesse est igit ipsa simili partis eē: aut non vnu eē i qualibz pte ois. **M**anifestū igit ex dictis quo neque cognoscere inest aie pp id quod est ex elemetis: neqz moueri ipsa bene neqz vere dī.

COm̄ aut cognoscere inest aie et sentire et opinari adhuc cōcupiscere et dcliberare et oī appetitus: sic aut et secundum locum motu ab aia i aialibus: adhuc aut agmētū et status et decernit ut toti aie vnuqdoqz horū iſit et oī intelligimns et sētūmus et alioz vnuqdoqz facimus et patimur: aut ptibus alteris altera: et viure igit ut in aliquo horū sit uno aut i pluribus: aut in oībus: aut aliqua alia cā. **C**Dicū itaqz qdā p̄tibile ipsa et alio qdē intelligere: alio aut cōcupiscere. Quid igit quenit aiaz si partibilis est apta nata: non .n. utiqz corpus. vñ. n. p̄tariū magis aia corpus cōtinere: egrediēt. n. spirat et marcessit. **C**Si igitur aliez aliqd vna ipsa facit illud maxie erit aia: oportebit aut itez illud querere ut vnu aut multipartiū sit. siquidem enim est vnum propter quid non mor et aiaz vnu: si vno divisibile itez rō qret qdē p̄tinēs: et sic utiqz procedet in infinitum. **C**Subitabit autem aliquis de partibus ipsis quā positōez h̄z vna queqz in corpore si. n. rota aia oē corpus p̄tinet cōuenit et partiū vnaqz qz p̄tinere aliqd corporis: hoc aut assimilat impossibili. qualē. n. partē aut quō intellectus p̄tinebit graue est fingeret. **C**Udetur autem et plāte decisē viuire: et aialiu quedā incisorū tāquam cādē h̄ntia aiaz spē et si non numero: vnaqueqz quidē partiū sensu h̄z et mouet secundum locū in qdā t̄pus. **C**Si autem non permaneret nullum inconueniens est. instrumenta enim non habent quibus saluent naturam: sed nihilominus in utrūqz partium omnes existunt partes: et simili speciei sunt ad inuicem. et toti ad inuicem quidem sicut que non separabiles sunt: toti aut aie tāquam indivisibili existēt. **C**Udetur autem et que in plantis anima principium quoddā eē hac. n. scilicet communicant et animalia et plantae: et ipsa quidem separatur a sensibili principio. sensum autem nullum sine hac habet.

secundus

C Incipit expositio Baetani super secundum de anima Aristoteles.

ne quidem a prioribus tradita sunt de anima dicta sunt. Iterum autem tanquam ex principio redeamus. tentantes determinare quid est anima et que utique erit communissima ratio ipsius.

Et siquā Aristoteles in primo libro determinavit de anima: sicut in opiniones antiquorum: nunc de ea determinat secundum opinionem propriam. Dividitur autem hic liber secundus in quatuor tractatus. In quorum primo Aristoteles inuestigat distinctiones anime. In secundo determinat eius potentias: ostendendo qualiter ab eis sumuntur diversi gradus animalium. In tertio determinat de potentia vegetativa a qua sumitur primus gradus animalium. scilicet vegetativa. In quarto determinat de potentia sensitiva a qua sumitur secundus gradus animalium: videlicet sensitivus. In duobus autem tractatibus libri tertii: in quo compleetur sermo de anima determinatur de potentia intellectiva: et de potentia secundum locum motum: a quibus alii duo gradus animalium sumuntur. scilicet intellectivus: et secundum locum motum. Secundus tractatus incipit: ibi Potentiarum autem anime. Tertius: ibi. Necessarium autem debentem. Quartus: ibi Determinantur autem his. Primum tractatus continet duo capitula: in quorum primo inuestigatur distinctio communissima ipsius anime. In secundo inuestigatur distinctio eius propria: ibi. Nonnam autem ex certis. Primum capitulum dividitur in duas partes. In quarum prima Aristoteles continuat se ad precedenter premitendo intentionem suam. In secunda psequeatur de intento: ibi Dicimus utique. De prima dicit quod que de anima tradita sunt ab antiquis sunt dicta scilicet a nobis in primo libro. Nunc autem redeamus ad determinandum de anima tanquam ex principio et ac si nibil de ea sit dictum ab antiquis: quod continet veritatem: tentantes ostendere quid ipsa sit: et que sit eius ratio id est distinctio communissima. Intelligendum secundum commentatorem: commento primo quod in tractando de anima primo debemus inuenire distinctionem que est magis vniuersalis omnibus partibus eius cognito: enim vniuersalis semper debet procedere propriam. Sicut ergo anima communiter sumpta est nobis prius nota quam aliqua species eius: ita oportet prius assignare distinctiōnem anime communissimam nobis notiorem quod assignet distinctio propria aliquius suarum specierum.

Dicimus itaque unum quoddam genus eorum que sunt substantiam. huius autem aliud quidem est sicut materia que secundum se quidem non est hoc aliquid aliud autem formam et speciem secundum quam iam dicitur hoc aliquid: et tertiani que est ex his. Est autem materia quedam potentia. species autem est endelechia: et hoc dupliciter: hoc qui de sicut scientia: illud autem sicut considerare.

Hic psequeatur de iusto: quod duo facit: et primo inuestigat partes ponendas in distinctione aie per via visiois: scilicet ex dictis illarum concludit: ibi necesse est ergo. Secunda adhuc in duas: quod primo inuestigat partes ponendas in distinctione loco generis secundum inuestigat partes ponendas in ea loco dicitur ibi. Substantie autem maxime. De prima Ari. ponit tres divisiones: sicut quod ira ponuntur in distinctione aie ex parte generis se tenentia. videlicet etiam substantialis prius. Secunda divisione est eiusdem i.e. p. ed. commenta: puta substantia

tia quantitatem qualitate et cetera: ex qua vult habere quod anima est substantia. Secunda est divisione substantiae in materiali et formalē et propriū: quod non ē hoc aliqd: i.e. est actu per se existens sed est enchytraea. i.e. actus siue perfectio. Tertia est cōpositum ex his: et ex ista vult habere quod anima est actus. Tertia est divisione actus in primum et secundum: unde forma que est principius operationis est actus primus: sed operatio ab ea prouenientis est actus secundus: sicut scientia est actus primus respectu considerationis: et consideratio actus secundus. Et ista vult habere quod anima est actus primus non secundus.

Intelligendum primum sicut Egidium: quod in distinctionibus sustinet iuxta cōpositarum: quod non sunt per additamenta: materiale se habet ut genus et formale ut dicitur: ut parent in hac distinctione hominis animal rationale in qua animal est materiale: et est genus: et rationale est formale et est differentia econtra autem ē in distinctionibus formarum substantiarum et accidentium: que sunt per additamentum et per aliquid: quod est extra essentiam distinctiū ut puta per ipsum subiectum: quoniam in talibus formale se habet ut genus: materiale vero ut differentia. Unde si distinguatur similitas quod est cauitas nasalis: cauitas que est formale pro genere ponit et nasalis qui est materiale pro differentia. quoniam licet omnis similitas sit cauitas: non tamē omnis cauitas ē similitas. sed solū illa que reperitur in naso: et talis est distinctione inuestiganda de anima: ut apparebit. Intelligendum secundo: sicut commentator commento secundo: quod est quasi manifestum quod anima collocatur in genere substantiae. Et subdit. Ponere enim animam accidens est in opinabile: sicut quod dat nobis prima cognitione naturalis: quoniam ad sensum percipiuntur aliquas operationes ab anima prouenientes: que ad nullum accidentem possunt reduci tanquam ad causas efficientes principales: sicut sunt nutritio augmentatio: sicut omnem diametrum sensatio: et reliqua huiusmodi. Prostea dicit. Pinanimur enim quod substantia est nobilior accidente: et quod anima est nobilior omnibus accidentibus existens. Et post accedit. Quoniam autem ē forma ē: et cum hoc ē substantia manifestum est: et comprehendit sensu. Est autem substantia: quia est pars substantiae: et similiter pars huius substantiae cum auferatur: auferatur individui substantiae. Et quibus colliguntur due rationes ad probandum quod anima non est accidens. Prima est: illud quod est nobilior omnibus accidentibus non est accidens: sed anima est nobilior omnibus accidentibus igitur. Secunda ratio illud quod est pars substantiae non est accidens: sed anima est pars substantiae igitur. Par consequentia et maior: quia substantia non sit ex non substantiis primo. Id est minor arguitur quia anima est pars compositi animalis que cum auferatur: ipsum animatum auferatur: quare et ceterum. Et nota quod commentator dicit quod anima comprehendit sensu quod verum est per accidentem aut quia habet habitudinem ad aliquod per se sensibile: ut phantasma quantum ad intellectuam: aut quia habet operationem sensibilem: quantum ad vegetativam et sensitivam. Potest etiam verificari per se saltem de anima materiali ponendo eam propriam speciem multiplicare: ut quidam posuerunt de qualibet forma substantiali perficiunt materia: quod tamen non creditur. Intelligendum tertio quod forma dicitur forma pro quanto materiali informata: dicuntur autem species pro quanto dat individuo specificum esse. Intelligendum quarto quod commentator per actus primum intelligit formam actu existentem sed non operantem. Per actum autem secundum intelligit formam actu operantem sed de hoc latius infra commento quinto.

Substantie autem maxime videntur esse corpora

Liber

odor acer et austerus et acutus pinguis: quod sunt mediū odores, et hi aliquando proportionantur saporibus et aliquando contrariantur: ut dictum est de dulce et amaro: que dicunt odores vel sapores extremos, sed sicur dicitur, propter id quod non multum manifesti sunt nobis odores sicut humores id est sapores: odores accepterunt nomina ab his. scilicet saporibus secundum eorum similitudinem. scilicet odore cum saporibus: nam dulcis odor dicitur a croco et melle que habent saporem dulcem proportionatum suo odoori, acer autem a thimo herba vel aro huiusmodi, et eodem modo est in alijs. Hic dubitatur primo: quia ex quo sapores sunt nobis notiores odorous debuit. et prius determinare quod de odoribus: cuius tamen contrarium fecit. Secundo dubitatur quare aliquando odori proportionantur satori in eodem corpore: et aliquando contrariantur. Ad primus dicunt qui dant quod odor in confuso est nobis magis notus quam sapor: immo alius quam per odorem de sapore indicamus. sed in noticia distincta nobis magis est notus sapor quam odor: propterea sumimus species odorum secundum speciem saporum: ut vult hic. Alter dicit alij quod etiam hic determinat de sensibus et sensibilibus secundum ordinem nobilitatis. Et quia odor est qualitas perfectio eiusquam sapor: sicut odoratus est perfectio gusti. ideo rebus.

Ad secundum dicit Egidius quod sapor: fundatur in humido aquo grosso aliqualiter digesto. odor: vero in siccо ac reo subtili aliqualiter contemperato, quando ergo humidum aquosum est bene digestum subtile aerum est bene contemperatum: ibi erit dulcis sapor et dulcis odor: et quando opposito modo se habent ibi erit sapor amarus et odor amarus sed si humidus aquosus sit bene digestum et subtile aerum non sit bene contemperatum aut excessivo: tunc non proportionabis odor: sapor: et pariter dicendum est de saporibus et odoribus mediis. hec tamen specialius inquirit habent. in libro de sensu et sensato.

¶ Adhuc ante sicut auditus et visus quisque sensuum hic quidem audibilis et non audibilis: ille vero visibilis et non visibilis: et olfactus odorabilis et non odorabilis. Non odorabile autem aliud quidem secundum id quod omnino impossibile est habere odorem: atque vero prius habens et prauus. Similiter autem et non gustabile dicitur.

¶ ostendit quod odoratus est odorabilis et non odorabilis dicens quod unusquisque sensuum est oppositorum: unde sicut auditus est audibilis et non audibilis: et visus visibilis et non visibilis. scilicet olfactus est odorabilis et non odorabilis. non odorabile autem tripliciter dicitur. primo modo quod impossibile est habere odorum ut celum aut elementum purum. secundo modo quod habet partem odorem seu remissum. tertio modo quod habet prauum odorem ut scidum. et similiter tripliciter dicitur non gustabile. et ita de alijs. Intelligendum secundum sententiam commento. lxxxvii. quod unusquisque sensuum comprehendit audibile et non audibile et ceterum. Unde coipso quod nihil auditus iudicamus silentium sive inaudibile: quod nullum habet sonum. et dum resumitur auditus: percipimus inaudibile quod prauum habet sonum. et dum praeceps auditus: percipimus inaudibile quod prauum habet sonum. et sic in alijs. Sed hic est dubium: quod percipere silentium non videatur esse auditus sed alterius virtutis superioris cum hoc fiat per discursum. Item nullus sensus exterior sensus nisi dum imputatur cum sensu re constitut in quadam parti. sed tempore silentij auditus a nullo imputatur. ergo nunc non sentit et per consequens non sentit silentium. Respondeat quod in veritate auditus non sentit

silentium neque visus tenetur: ut argumenta predicta ostendunt et dicta auctorum que istud videntur ostendere si habent modum ratiocinandi concurrente auditu silentium iudicatur et concurrente visu iudicatur tenebra. Istud tamen indicium sit per discursum virtutis superioris sic arguendo. Nam in dispositione in qua audiens sonum si hic fuerit. sed non audio. ergo hic non sit sonus. et per consequens silentium et simili modo dicatur in alijs. talem autem discursum cum veritate non potest facere surdus: sed sonum habens auditum. ergo talis cognitio silentium acquiritur cum concursu auditus.

Si autem olfactus per medium aut aerem aut aquam: et namque aquatica videntur odorem sentire. Similiter et quecumque cum sanguine et sine sanguine sicut et que in aere. Tamen hoque quedam a longe occurrerit ad alimentum: que ab odore mouentur.

Hic autem determinat de medio sensus olfactus, et diuisit in duas: quia primo ostendit quod est medium in olfactu secundo mouet unam questionem ibi. Unde et dubium. De prima dicit quod olfactus est per medium ut aerem aut aquam. nam aialia aquatica videntur sentire odorem in aqua sive fluenti cum sanguine sive sine sanguine sicut et aialia que sunt in aere sentire odorem in aere. Unus signum est quod quedam aialia que sunt in aere que ab odore mouentur a longe currunt ad alimentum per odoratum: sicut apes ut dicit commentator.

Dubitatur vero quod odor sit realiter in medio. scilicet vel aq. Arguitur quod sic. Primo illud quod multiplicatur successione per medium multiplicatur in eo realiter. sed odor successione multiplicatur per medium. igit. et pacet consequentia cum minori. quia si unum corpus incipiat fluere prius sentietur odor de propria causa in dilatatione remotioni. et maior est nota quod multiplicatio spiritualis sit subito: ut patet in multiplicatione speciei coloris vel luminis. quare etiam. Secundo illud causa multiplicatio ipedie per ventos multiplicata realiter. odor est huiusmodi. p. 2. et maior. quod multiplicatio spiritus coloris quia est spiritualis non impeditur per ventos. minor p. 3. ad experientiam. nam si quis fuerit propinquior loco unde flaret ventus et corpus odorifer distans minus bene percipiet odor quam si esset econtra: quod non esset nisi quia ventus odoribus multiplicatione huiusmodi impedit vel admittit. quare etiam. Tertio in opposito arguit p. 3. commento. lxxxvii. dicentes quod sicut color habet dupler esse. scilicet in corpore colorato et hoc est esse corpore. et esse in dyaphano et hoc est esse spiritualiter. ita odor huiusmodi duplex est. scilicet in corpore odorabili et esse in medio: et hoc est esse corpore. scilicet in corpore odorabili: et illud spiritualiter. scilicet in medio et illud naturale. scilicet p. 3. et hoc extraneum sive auctentium. scilicet secundum. Et affirmatur quod in nullo simplici elemento sunt qualitates secundum resultantes ex mixtione et actione et passione qualitatibus primis sed odor et sapor sunt qualitates secundae. et non sunt in aere vel aqua sed soli in corporibus mixtis. Ideo dicit supra p. 3. commento lxxxvii. quod philosophus que est in odore et in sapore est: quia non invenitur odor nisi in habente sapore: ut declaratur est in de sensu et sensato. et p. 2. sequitur quod sicut sapor est passio mixta et odor. In hac dubitatione invenitur plures modi dicendi. dicit. Unus est invenitur ab Alcibiade sexto naturalium quod odor nullo modo est spiritualiter in medio sed soli realiter non quod odor realis sit in aere vel aqua ut in subiecto: sed soli et hoc quod a corpore odorabili resolutum quod fami subtilest continet dicit humores evaporationes in gibus est odor realis qui medio se inservient. et ex his pruenientibus visus ad olfactum odor sentit. Et per hoc dicitur. in de sensu et sensato odorum esse spiritualiter evaporationem. Hic autem modus per se multa adducit experimenta. Primum est quod ponitur odoriferus diu odoratum corrugat et levius efficit quod non est nisi per extractionem partium subtilium ab eo in quibus est odor.

Secundus

Secundum est q̄ sunt plura corpora quorum odor sentiri non potest nisi igni fuerint expota a quo subtilientur et in fumos connectantur qui ad olfactum odorem depositant sicut suntibus sulfur et reliqua huiusmodi.

Tertium est de eervis qui a canibus fugati dum ad locum peruenient in quo appetunt quiescere faciat plures saltus ut fumus ab eis exalans intercipiatur ne per olfactum a canibus repellantur: t̄ hoc faciat ex instinctu nature.

Quartum est q̄ odores ventorum inficiunt animalia quod non fieret nisi cum substantia venient deportarentur. Hac opinio non ipso probat. Iii. viii. lxxvij. duab. rōib. Prima est quia vultures et tygrides per sensum odoris venirent per angusta miliaria ad locū p̄li: quod accidit in terra grecorum ppter cadauera illic mortua, et tamen non per totum illud spaciū suerūt multiplicati sumi habentes odorem illoꝝ cadauerum: quia superius ostensum est q̄ multiplicatio forme sensibilis sit in figuram spicram, modo si illa corpora fuissent conuersa in ignem cuius raritas est maxima non possebant circulariter totum illud spaciū implore: tñ per totū illud spaciū suisset perceptus odor illoꝝ cadaueꝝ ergo alicubi poterat percipi odor ille ubi nō erat fumus ab illis cadaueribus resoluens, quare sequitur q̄ i aliqua parte mediū est odor intentionaliter solum et nō realiter.

Secunda ratio est: quia dū resolutus fumalis evaporatione a corpore odoriferō aut aer cedit: aut non. non est dicendū q̄ cedat per totum spaciū qd̄ est inter corp̄ odores et odoratum: ut patet ad sensum. ergo si per totum illud spaciū esset fumus: nūc sequeretur q̄ duo corpora est sensim simul in penetrationem. t. tumus et aer. consequens impossibile. quare sequitur q̄ cum per totum illud spaciū possit odor sentiri q̄ alicubi est odor spiritualiter solum absq̄ talis fumo. Alius autem est modus respondendi commentatoris qui vult q̄ odor habeat esse reale in corpore odoriferō. in medio autem vi in aere vel aqua solum esse spiritualē. Concedet etiam commentator: q̄ a corpore odoriferō possunt sumi resoluti et imisceri mediū ei propinquō. in quibus est odor realis: ino aliquod est corpus cuius odor sentiri non potest absq̄ tali evaporatione: vt de lube et humidibus dicebatur. sed non est necesse fieri talem evaporationem ut odor sentiatur: ut patet dum corpus odoriferū sentitur in aqua frigida. Et si fiat evaporatione a corpore odores ab illis fumis in quibus est odor realis multiplicabuntur species odoris ad partem mediū distantiorē absq̄ talis fumalē evaporatione per quas illuc poterit odor sentiri. Ex hoc patet q̄ evaporatione non est necessaria ad sensationem odoris: sed facit ad hoc ut melius sentiatur et ad maiorem distantiam. Et igitur odor alicubi realiter solum in corpore odoriferō. alicubi solum spiritualiter ut in parte medi, remota a corpore odoriferō: alicubi partim realiter et partim spiritualiter ut in aggregato ex parte mediū et simili evaporatione prope corpus odoriferum et forte non est remotum q̄ odor unius sumi multiplicet speciem suaz per alium sumum: sicut sonus qui est in una pte aeris multiplicat speciem suam per acrem in quo est alius sonus. et illi videatur Albertus assenire volens sumalem evaporationem aliquando habere medij rationem. Et ex his facile solui possunt experimenta. Vincenne si quis bene intueratur. Et ex eodem fundamento solui possunt rationes principales: quoniam successio in multiplicatione odoris: et eius impedimentum per ventos est ratione fumalium evaporationum in quibus est odor realis que successiva a corpore odorabili resolutur: et non ratione specierū odoris sicut est de sono et speciebus ab eo multiplicatis.

Cumde et dubium videtur. Si omnia quidem que sub odore sunt: similiter odorent. Homo aut spirans odorat: non respirans autem sed expirans

aut retinens spiritum nō odorat neq; a longe neq; ppe neq; si in nasum intus apponatur. Et hoc qui dem in ipso positum quo sentitur in sensibile esse omnibus comune est. Sed sine respiratio nō sentire proprium est hominum. Manifestum autem est tentantibus. Quare sanguinem nō habentia quoniam non respirant alterꝝ utiq; quendam sensum habent preter eos qui dicti sunt.

Mouet unum dubium q̄ cū aliqua aialia odorē respīrando et aliqua non. et illa que odorant respīrando sentiunt odorem per odoratum. Utrum illa que odorant non respīrando sentiunt odorem per aliquem aliū sensum ab odoratu. et dividitur in tres partes. in prima mouet dubium. in secunda arguit ad partem oppositā. in terciā solvit ibi secunda. Sed impossibile est. ibi terciā. V. Ictur autē hominibus. De prima dicit q̄ videt dubium. Si omnia quidem similiter odorant id est percepiant odorem per consimilem sensum ut p. r. odoratum. Et arguit q̄ non ga homo sentit odorem dum est respīrāns. non respīrāns autē id est attractus spirum id est aerem. sed expīrāns id est expellens aut retinens non odorat neq; a longe neq; a p. p. neq; si intus in nasum ponatur odorabile. et hoc quidem positum in ipso quo sentitur in sensibile esse est commune omnibus sensibus. Sed non sentire scilicet odorez sine respiracione est proprium hominum. Manifestum est autem hoc tentantibus et experientibus in seipsis: quare sanguinem non habentia quoniam non respīrāt alterꝝ quendam sensum habent: quo scilicet sentiunt odorez preter eos qui dicti sunt: videlicet visum auditum et olfactum.

Dubitatur utq; sit proprium homini non sentire odore sine respiracione. Dicit Albertus q̄ hoc est proprium homini: quia competit omni homini sed non corpori soli homini sed etiam piuribus alijs animalibus respīrantibus. Egidius autem vult q̄ illud sit proprium homini: quia cōpetit omni homini et soli: propter quod dicit q̄ aliqua sunt animalia que non indigent respiracione neq; vt odorent: neq; vībene odorent ut carentia languine que habent organum olfactus valde discopertum. Aliqua sunt que nō indigent respiracione ut odorent simpliciter: sed vt bene odorent. vt animalia alia ab homine que non habent organum olfactus penitus discopertū nec penitus discopertum sicut anhelantia. Aliqua vero sunt que id est respiracione non solum ut bene odorent sed simpliciter vīodorent: et hec sunt homines quibus solum hoc competit quia habent organum olfactus totaliter cooperatum. Et si queratur quare homo habet plus olfactū cooperatum q̄ aliud animal dicit hoc esse ex magnitudine sui cerebri p. b. bentis de frigiditate et humiditate ex quibus humiditates ingrossantur repletas et opilantes vias olfactus: qd̄ non ita contingit in alijs animalibus. Albertus autem vult q̄ animalia que non sentiunt odorem nisi respīrando habent quandam pelliculam organum olfactus cooperente que de se motum non habet. propriea indigent attractione aeris per que illa pellicula aperiatur: ut species sensibilis ad olfactum ingredi possit.

Sed impossibile est siquidem odorem sentiūt. Odorabilis enim sensus et malus odorabilis et boni odorabilis olfactus est. Amplius autem et corrumpi videtur a fortibus odoribus: ex quib⁹ homo corrumpitur ut sulphure et huiusmodi. Olfactus quem igitur habere necessarium est: sed nō recte per se.

Arguit ad partem affirmatiā probandū duabus rationibus q̄ omnia adorantia sentiūt odorem per odoratum

Liber

Et quia imediate ante argutum fuerat per alium sensum sentire odorem non respirantia quod per odoratum dicit illud esse impossibile siquidem odorem sentiunt. s. qd sentiant per alium sensum ab odoratu: quoniam olfactus est sensus et malis odoramentis boni odorantur. Amplius anima/lia non respirantia videntur corrumpti a somnis odoribus ex quibus homo corrumperit: ut sulfurez huius ergo ne cesset est non respirantia habere olfactum per quem senti/ant fortis odores sicut respirantia. Intelligendum qd unusquisque sensus exterior habet suum proprium sensibile et corrumperit ab excellentiis eius. quia ergo tam respirantia quod non respirantia sentiunt odorez qui est proprium ob lectum olfactus: sequitur qd vitraqz sentiunt ipsum per olfactum. et in hoc stat ratio prima. Et quia fortis odores qui corrumpt hominem vel simpliciter vel secundum olfactum: etiam corrumpt animalia non respirantia: opereretur animalia non respirantia olfactum habere et super hoc radicatur ratio se cunda.

Cvidetur autem hominibus differre hoc sensituum ad ea que alioz animaliuz sicut oculi ad ea que duorum oculoz sunt. Hec quidem enim habent phragmar et sicut velamen palpebras: quas aliquis non mouens neqz retrahens non videt. fortia at oculis nihil huiusmodi habent: sed morvidet que sunt in lucido. Sic igitur et coloratum alijs quidem fine operculo est sicut oculus. Elijs vero acrem recipientibus habere cooperimentum: quod respirantibus discooperit ampliatis venis et poris. et propter hoc respirantia non odorant in aqua. Necesaria enim odorem pati respirantia. hoc autem facere in humido est impossibile.

Solutus dubium per quoddam simile dicens qd hoc sensituum olfactus videntur differre in hominibus ad ea sensitiva olfactus que sunt in aliquibus alioz animaliuz. s. non respirantibus: sicut oculi hominu videntur differri ad ea organa visiva que sunt aialium durorum oculoz. hec quidem. s. oculi hominu habent fragma. i. coquimenti et palpbras sicut velamen quas aliquis non mouens neqz atrahens non videt. fortia autem oculis nihil huius habent s. cooperimentorum sed morvidet que sunt in lucido. Sic igitur et sensituum et odoratum i. organum odoratus alijs quidem aialibus. s. non respirantibus sine operculo est sicut oculus. alijs vero aialibus acrem recipientibus. i. respirantibus sicut sunt hoies necessaria est habere coquimenti quod ipsis respiantibus discooperit ampliatis venis et poris. i. vijs ad olfactum transcutibus per aeris ingressum. Et propter hoc respirantia non odorant in aqua quia necessarium est respirantia pati odorem scilicet respirando et hec ea facere in humido est impossibile. In hoc ergo stat solutio dubii qd in aliquo aialia sentiant odorem respirando et aliquo non: hoc non arguit qd sentiant odorem hec vel illa per alium sensum quod per olfactum: sed solum ex illo sequitur qd huius organum olfactus diversimode dispositum sicut contingit etiam de organo visus. Intelligendum qd secundum comento. c. mouet dubium circa hanc similitudinem: quoniam non videtur huius olfactu cooperari ita se habere ad habentia ipsum discooperit sicut se habent huius oculos velatos ad eas que habent ipsos non velatos. quia si ita se haberent tunc cum habentia oculos velatos melioris visum habeant non habentia ipsos velatos: sequeretur qd habentia olfactu cooperantur essent melioris olfactus quod huius ipsius discooperit quod tunc est falsum. Rude breuiter qd arguit. non adducit illa similitudinem quantu ad bonitatem vel malitiam sensus sed solum quo ad or-

ganis disponit. et quantu ad hoc qd sicut habentia oculos valatos non videtur nisi velamina remoueantur. huius autem eos non velatos talium remotione non indigent. sic huius olfactu cooperante non sentiunt odorem nisi discooperantur: et hoc sit per respirationem. sed huius ipsum discooperit remotione coquimenti non egent: et qd omnes neqz respirantia ad hoc vi sentiunt odorem.

Cest at odore fici sicut huiusmodi est.

Hec determinat de organo olfactus id. qd odor est sicut sapoz huiusmodi. odoratum autem et sensituum i. organum odoratus est potentia huiusmodi. i. est tale in potentia qualis est odor. i. actu sicut vltro oē passiu est tale in potentia quale est sensus actiu i. actu.

Intelligendum secundum secundum comento. c. qd odor attribuitur abundantie pris sicut in odorabilis sicut sapor attribuitur abundantie pris huiusmodi in gustabilis. nam ad gnatone odor et sapor in mixto quatuor elementis cocurrunt: differentia in. ga calidu et frigidu et siccum in productio savorum sicut agentia tantum sed humidu est actiu et passiu: non qdneqz sed solu aqueus grossum. ideo huiusmodi aqueus in mixto est proprie saporis subiectu. sed in gnatone odoris calidu frigidu et humidu sicut solu agentia. sicut vero est actiu et passiu: non qdlibet sed siccum igneum subtile que siccum igneum in mixto est proprie subiectu odo ris. et hec intendit comento: per sua vero. quare et.

A stabile autem est quoddam tangibile: et hec est causa quare non sit sensibile per medium extraneum corpus. Neqz enim talis est corpus in quo est humus: quod est quid gustabile in humido sicut materia. hoc autem quiddam tangibile.

Hoc est scripta. huiusmodi tractatus in quo determinatur de gustibl et gustu. et continet tres ptes. in quibus prima determinatur de medio gustus. i. secunda de obiecto. i. tercua de organo. secunda ibi. Sicut autem visus. ibi tria. Quia autem huiusmodi. Prima i. duas: ga secundum. adducit duas casas proprie saporis gustabile est quod dicitur tangibile. secundo casus declaratur ibi. Unde et si in aqua. De prima dicit qd gustabile est quod dicitur tangibile et huiusmodi hec est vna etiam. quia gustabile non sit sensibile. i. non sentitur per corpus extraneum tanquam per medium. neqz. n. tactus. s. sentitur per medium tenuis huiusmodi per sensus sentientis tangendo: qd non est de sensibili alijs. Secunda casus: ga oē corpus in quod est sapor. qd est quod dicitur gustabile huiusmodi sicut in sua massa propria. hoc autem huiusmodi est quod dicitur tangibile. Intelligendum secundum secundum comento. c. i. qd corporis in quo existit sapor non est gustabile nisi secundum qd ille sapor existit in eo huiusmodi. proprie ad illius sapore est sicut proprie mae ad formam. et i. iste sensus. s. gustus non est apprehendit sapor nisi apprehendat huiusmodi cu. si est impossibile ut denudetur ab eo et apprehendere est aliquod tangere. vnius iste sensus. s. gustus non est aliquod tactus. Sed statim dulit. et vix gustus fit quando tactus ut sepe dicuntur. et secundum. Arguit qd non. ga si gustus est quando tactus: tunc gustus est idem cu tactu. et sic non est nisi quando tactus exterior. non falsus. et per prius: sicut sequitur vero est quod dicitur aiali. qd est idem cu aiali. et ita de alijs. **C**ad huiusmodi potius responderi qd gustus capiatur per duobus modis. uno modo per sensu alienem. etiam. alio modo per sensu discretivo savorum. si per modum capiat: sic gustus regit in quolibet aiali: sic est idem realiter cu tactu: non tamen cu eo conuenit: ga non quilibet tactus est gustus sed solus tactus partis deputata ad discernendum nutrimentum conuenientem vel disconuenientem. et i. gustus sic sumpsit non est absolute tactus sed est quando tactus: ga est tactus contractus et determinatus tam ex parte obiecti neqz ex parte organi. quoniam talis gustus ut sic non habet comprehendere omnem tangibile. sed solum tangibile nutritum tale nec reperiatur per totum organum tactus: sed solum in parte eius ut dicitur. Si autem capiat gustus pro illo qui de savoribus iudicatur: dicendum est tale non inveniri in quolibet animali: sed solum in aiali pfecto. et hic differt specifico et

Gustabile fundatur in humido. et in aqua et per multa myristica et cinnamomea et in alijs que savorum sunt multa gustabilitate et savorum sunt in humido extenuatio savorum. et qd in huiusmodi et in aqua.

Secundus

formaliter a tactu neq; est tactus. potest tamen dici quidā tactus tribus de causis. prima est quia sentit tangendo si-
cū tactus. secunda est quia gustabile est quoddam tangibili-
le materialiter: quoniam sapor qui est obiectum gustabile
est in humido vt in subiecto & est quoddam tangibile. ter-
na quia gustus est quidam tactus materialiter. est enim in
tactu lingue vt in subiecto & fundamento & non alijs. Et ex
hoc responderetur ad argumentum negando illam conse-
quentiam. gustus est quidam tactus. ergo est tactus: quia
gustus secundo modo sumptus non dicitur quidam tactus
quia sit pars eius subiectiva sed solum ex causis nunc de-
claratis.

CUnde si in aqua essemus sentiremus utq; ap-
positum dulce. Non autem esset tunc nobis sensu
per medium sed in eo quod miscetur humido sicut
in potu. Color autem non sic videtur eo qd miscet
neq; de fluxionibus vt quidem igitur medium ni-
hil est vt autem color visibile: sic gustabile humor ē
nihil autem facit humoris sensu sine humidita-
te: sed habet actu aut potentia humiditatē vt salsū
bene enī liquidū ipsum est & liquefactiū lingue.

CHic declarat causas quare gustabile est quoddam tan-
gibile. & primo primam que sunt qd gustabile sentitur: non
per medium extraneum sed tangendo dicentes. qd si nos esse-
mus in aqua utq; sentiremus dulce appositiū & tunc no
esset nobis sensus illius dulcis per medium extrinsecus: sed
sentiremus dulce in eo quod miscetur humido aquo per
veniendo secum usq; ad gustum sicut in potu. Color autem
non sic videtur in eo qd miscetur medio: neq; in defluxio-
nibus. i. per defluxiones. Ut quidem igitur medium nihil
est. i. inquantum ad medium non est comparatio inter vi-
sum & gustum. quia visus requiriū medium extrinsecum:
gustus autem non. sed quantum ad rationem obiecti ē co-
paratio: quia sicut color est quid visibile. sic humor idem. sa-
por est quid gustabile. Postea declarat causam secundam
que sunt qd sapor est in humido sicut in propria materia:

quod est quoddam tangibile dicentes qd nihil facit sensu hu-
moris idem sapor sin e humiditate. sed omne tale habet
humiditatem aut actu aut potentia propinq; vt salsum.
ipsum enim est bene liquidum id est faciliter humectabile
& liquefactile & liquefactu lingue. **I**ntelligendum pri-
mo fm Albertum qd gustus non habeat medium extrin-
secum: habet tamen duplex medium intrinsecum. Unum
quod non est pars animalis: & est humiditas salivalis in
ore & lingua existens. Aliud est quod est pars animalis &
est extremitas lingue & fauci in qua diffusi sunt nervi hu-
maturi. **P**rimū medium no ē necessarium sicut secundū: sed fa-
cit ad bene esse gustus p quanto partes corporis saporosi
permixte humiditati salivali tubularunt & fluido efficiunt
vt per scissas possint ad gustum penetrare. **I**ntellige-
dum secundo fm commentorem commento. c. ii. qd nihil reci-
pit sensus saporis qui dicitur gustus nisi sapor sit in hu-
more: & humor est in saporoso aut in actu aut in potentia.
Verbi gratia: salsum quod est humidum in potentia pro-
pinqua velociter dissoluitur & dissolutum humoris qui sunt
in lingua. & ideo preparavit naturam salivam in ore: & p-
paravit branchos in homine ad congregandum istam hu-
miditatem vt ea mediante gustaretur secca. vnde dicimus
qd sapor non est sapor in actu. s. quantum ad immutandum
nisi in corpore humido in actu.

CSicut autem visus visibilis est & inuisibilis: te-
nebra autem inuisibilis est: indicat autem & ipsam
visus. Adhuc autem valde splendidi est. etenim hoc
inuisibile est alio at mō a tenebra. Sunt at & auditus

soniqz & silentij: quorum aliud audibile: aliud non
audibile & magni soni: sicut visus est splendidi. Si
cū enim parvus sonus inaudibilis quodammodo
sic & magnus & violentus. Inuisibile autem aliud
quidem omnino dicitur sicut & in alijs impossibile
aliud autem quāvis aptum natum non habet: aut
prae: sicut quod sine pedibus est & sine gradu di-
citur. Sic autem gustus gustabilis quidem & non
gustabilis. hoc autem est parvum. aut prauum ha-
bens humorē: aut corruptiu gustus

CUnc determinat de obiecto gustus. & dividitur i du-
as: quia primo determinat de obiecto gustus absolute. se-
cundo vt est quidam tactus: ibi Videtur autem principium.
De prima dicit qd sicut visus est visibilis quoniam tenebra
est inuisibilis & ipsum inducat visus adhuc sensus est val-
de splendidi: quod esl inuisibile l; alio modo qd tenebra.
Similiter auditus est soni & silentij: quorum aliud est au-
dibile. s. sonus: aliud inaudibile. i. silentiam. Est cū au-
ditus magni soni sicut visus & splendidi. & sicut parvus so-
nus est quodammodo inaudibilis. sic et magnus et vio-
lentus sonus est inaudibilis. Inuisibile autem alium
quidem dicitur sicut & in alijs: qd oīno impossibile ē videri
. Aliud autem qd quāvis aptum natum si videri: non ta-
men habet. s. qd bene videatur aut prae videatur. Vnde i
inuisibile dicitur tripliciter sicut qd sine pedibus & quod
sine egresso dicitur tripliciter. Sic autem gustus ē gu-
stabilis & non gustabilis. hoc autem. s. non gustabilis ē ha-
bens parvum humorē. i. saporem: aut prauum aut gust
corruptiu. Intelligentem qd tripliciter aliquid dicitur
sine pedibus vel sine gressu. primo modo quia non ē na-
tus habere pedes aut gressum sicut lapis. secundo modo
quia licet sit natum habere pedes seu gressum si non habet
vt homo carens pedibus. Tertio modo quia l; habeat pe-
des & gressum habet tamen male: vt habens debiles aut
toros pedes. Sic in proposito non gustabile dicit tripliciter.
primo quia non potest gustari proprius parentem sa-
poris. & sic clementum purum est non gustabile. secundo
qd debilitate & prae gustatur proprius remissionem sui sa-
poris. tertio qd non potest bene gustari ppter intentiones
& fortitudine sui saporis rōne cuius ē gustus corruptiu.

CUideatur autem principium esse potabile & no
potabile. gustus enim quidam tactus: Et hoc qui
dem vt prauum & corruptiu gustus: illud fm naturā
Est autem commune tactus & gustus potabile.

Determinat de obiecto gustus vt est quidam tactus di-
cens qd videtur autem principium. s. immutationis gust
esse potabile. gustus qdē enī ambo. s. percipit. sed hoc qui
dem scibile non potabile vt prauum & corruptiu gust
Illud autem scilicet potabile fm naturam idem vt naturā a
le & conueniens. Est autem potabile idem humidum sapo-
rum commune tactus & gustus. **H**ic dubitatur virū
humidum sit obiectum commune tactus & gustus. Ar-
guitur qd non. quia potentie distinguuntur per actus: actus
per obiecta. & per consequens potentie distincte habēt ac-
tus & distincta obiecta. sed tactus & gustus sunt potentie di-
stincte: vt supra dictum est. & infra ostendetur. ergo ha-
bet actus distinctos & obiecta distincta. sed hūdū ē ppter ob-
iectum tactus: vt post apparebit. ergo non est obiectū gu-
stus: semper loquendo de gusto perfecto qui iudicat de sa-
poribus. In oppositum videatur hic fm. & commentator
supra commento. c. i. vbi dicit qd gustus non comprehendit
saporem nisi comprehendarit humorē cum sit impossibile
vt denudetur ab eo. tc. Ad hanc dubitationem dicit
Egidius premitendo primo qd sicut determinata forma

Liber

pro suo esse requirit determinataz materiam: sic p suo operari ppter quod agere liz pncipaliter attribuatur forme: se cūdario tamen attribuitur materia: quia ergo humiditas est pprum subiectum savoris qd requirit savor non solu rhi sed vt agat in gustu: sequitur qz agere in gustu pncipaliter competat savoris: secūdario tamen competent humiditas fm qz savoris subiectum. Ex quo vltius pz qz humiditas est obiectum coe gustui et tactui: et quod p se sentit ab vtroqz quāuis differenter: quoniam tactus sentit humiditatem primo et pncipaliter: gustus autem se cūdario p quanto est savoris subiectuz. Sed indubie hec sententia non appetat mibi vera. vnde contra eam arguit primo sic. Nullum sensibile pprum vnius sensus exterius sentitur per se ab alio sensu exteriori sed solum per accidentem: vt sepe A.z. dicit. sed humiditas est proprium sensibile tactus. ergo tē. Secundo omne sensibile p se a pluribus sensibus exterioribz est sensibile coe vt patuit supra ergo si humiditas per se sentiretur a gusto cu etiam per se sentitur a tactu: sequeretur qz esset sensibile coe. cōsequēs falsum. ergo tē. Ideo aliter respondeo dicendo qz humiditas per se sentitur a tactu: et per accidentem a gusto. Ead dictum A.z. hic dico qz per porabile non intellexit humiditatem: vi opinatur Egidius. sed intellexit humidum saporem et hoc per diuersas qualitates sensibiles est commune tactui et gustui: qz ita sit pacet per commentatoris cōmento. c. iij. in expositione illius partis sic dicentes. Et porabile est commune tactui et gustui scilicet quia fm humiditatem que est in eo est tangibile et fm savoris est gustabile. Ad cōmentatorem cum dixit qz gustus non comprehendit saporem nisi comprehendat humoriem: verum est materialiter et ratione tactus qui est eius subiectum: quare post subdit commentatori: Et comprehendere humorē est aliquid tangere. vnde ille sensus scilicet gustus est aliquid tactus scilicet materialiter. Sicurigitur est ex parte obiecti: ita est ex parte actus et ex parte potentie: cum ista inueni proportionentur. Savor autem qui est proprius obiectum gustus non est in quolibet tangibili: sed solum in humido committito: ita qz omnis savor est in aliquo tangibili et non convertitur: sic omne gustare presupponit tangere et non convertitur. vnde impossibile est gustum sentire saporem quin tactus qui est eius subiectum sentiat humidum: quod est subiectum illius savoris. Et similiter omnis gustus est in aliquo tactu et non convertitur: et sic prius natura est humidum qz savor: sic prius natura est tangere qz gustare: et tactus qz gustus. Propter qz scientiam qz licet tactus et gustus lingue habent vnum organum materialiter. quia tamen sunt potente distincte in illo organo habent diuersas dispositiones facientes illud plura organa formaliter. et sicut tactus est materia gustus sic dispositio tactua est materialis respectu dispositionis gustationis: quia tamen dispositio gustativa non est in quo libet nero: sicut dispositio tactua sed solum in nero lingue. ideo licet in quolibet nero sit tactus: non tanget in quilibet est gustus: sed solum in nero lingue. Ad argumentum autem super quo Egidius fundari videtur si sic argueretur. Illud quod necessario est subiectum immutacionis alienius sensibilis proprii est sensibile per se a sensu cuius illud dicitur sensibile proprium. sed humiditas est necessario subiectum savoris qui est sensibile propriu gustus. ergo tē. patet consequentia et minor. maior autem colligunt de intentione commentatoris supra vbi posuit vnaqz ex causis. quare sensibilia communia sunt sensibilia per se. quia sunt necessario subiecta immutacionis sensibilium p priorum tē. Respondet dicendo qz maior non est vni uersaliter vera: quoniam magnitudo est necessario subiectum immutacionis soni vel odoris: et tamen non per se sentitur ab auditu vel olfactu: quoz illa sunt sensibilia pprua

cum solum sentiantur per se a visu et tactu p commentatore. Sie in pposito dicitur qz sufficit qz humiditas per se sentiatur a tactu qui est subiectum gustus. Et ex his patet clarius qz supra quomodo gustabile est quoddam tangibile et gustus est quidam tactus. et qualiter principiū immutacionis gustus sit potabile sive humidum savorosū. quare etē

Eontiam autem humidum quidam est gustabile: necesse sensituum plus neqz humidum esse actu neqz impossibile fieri humidum. Patitur enim aliquid gustus a gustabili fm qz gustabile est. Necessariuz est ergo humectatum fore qd possibile humectari saluatum: non humidum autem sensituum gustatum. Signum autem neqz siccum existentem linguā sentire neqz multum humidam. Hic enim tactus sit primi humili: sicut cum aliquis qui ante gustauit fore tenet humorē gustet alterum: et vt laborantibus amara omnia videntur ppter id quod lingua plena huiusmodi humiditate sentit.

Deinde minat de orgāo gustus. et dividitur in duas partes. quia primo ostendit quale debeat esse huius organuz: secundu distinguit species savoroz: ibi Species autem humoroz. De prima dicit qz quia gustabile est humidum: sic qz oportet organum gustus pati ab humiditate que est proprium subiectum savoris si debeat pati a sapore. ideo necessari est organum gustus non esse actu humidum de se tali humiditate savorosa vt possit omnes recipere neqz impossibile fieri humidum tali humiditate. Nam gustus patitur aliquid a gustabili fm qz gustabile ē. ideo necessariuz est organum gustus fore humectatum humido potabili post passionem: quod ante passionem possibile erat ab eo humectari. Ipsum autem sensituum gustatum saluatū in sua naturali dispositione necessarium esse non humidū tali humiditatē. Signū autē. s. qz organū gustū non debet esse humidum humiditate potabili neqz possibile humectari tali humiditate ē linguā existentem siccum non sentire saporem. quia non potest recipere eius humiditatem neque linguā multū humidam contingit sentire: quia bic. i. lingua existente multū humidis tactus primi humili. i. sensitio tactu illius fmē humiditatis multe que impedī recepcionem seu gustationem tactuā alias humiditatū et ex consequenti gustationem savorē alias humiditatū cum Gustus non possit sentire aliquē savorē nisi tactus i quo est gustus sentiat humiditatē illius savoris. Vnde in tali multā humiditate lingue accidit sicut accidit cu alijs qz atē gustauit fore humorē. i. savorē statim gustet alterum sapore: nūc enī p pāmū savorē impedit a perceptione secūdi savoris. Et sicut etiā accidit laborantibus sebre colerica: qbus etiā que gustant vident amara ppter id qd sentiunt lingua plena huius humiditatē. s. amara. Intelligendū pmo qz sicut organum auditus habet aliquem motum sibi pprum per quē tñ quia dissimilis est motibus exterioribz non impeditur a perceptione illoz. sic lingua habet alī quam humiditatē sibi naturalem: que quia dissimilis ē humiditatibus exterioribz non impedit linguam a receptione ne alias humiditatē. Patet ergo qz lingua debet esse saluata in sua naturali humiditate non multū siccata nec multū dumida. quia a multa siccitate reddetur indisposita ad patientem ab humiditatibus et savoribus. Et similiter per multam humiditatē impeditur modo quo dictū ē quia sortitus sensibile tempore minus sine debilis. Etiaz fm Albertum: nimis humiditas lingue non finit sanguineas savores in eam penetrare. sed potius eos latat a lingua et abstergit: propter quod in patientibus descensum

Secundus

phlegmatis aquei ad os omnia insipidi saporis apparcat. Intelligendum scđo finitimi. comento. c. viii. q. 9 gustarie aliquę saporem et sua lingua fuerit humecta in humorē ac cidentalē: nūc nō comprehendet humorē saporis p̄prum ni si admittum cum qualitate illius primi humoris. et sic acciderit necessario ut non comprehendat saporē: quia non comprehendit materiam saporis in dispositione illa finitimi quā est materia illius saporis hoc est qd prius dicebatur q. babēs linguam valde humidam humiditate extranea si adueniat sapor aliquis nō sentiet illum quia nō sentiet distinctam humiditatem que est propria materia illius saporis: sed aut non sentiet aut confuse simul cō alia humiditate.

Species autem humorum sicut et in coloribus simplices quidem contrarie sunt: sicut dulcez amarum. Habite autem sunt cum hac quidem pigue cum illa vox salitū: mediaq; hoc erit acre: et austez et ponticum et acutum sere enim hevidentur esse humorū differentie. Quare gustatiū est potentia huiusmodi. gustabile est factiū actū huius.

Distinguit species saporū dicens q. species saporū sicut et in coloribus simplices quidem et contrarie sunt sicut dulce et amarum. habite quidem his i. consequenter habentes ad istas sunt cum hac quidem. s. dulci pingue. enī illa vero. s. amaro salsum. medie autē hoc. s. dulcis et pinguis ex vino latere et amari et salsi ex altero sunt: acre et austērum et ponticum et acutum. Sere enim hevidentur esse humorū idest saporū differentie sive species. Et tunc ex dictis infert quare gustatiū idest organū gustus est potentia huius idest isti saporē cum sit in potentia passiva ad eos. sed ipsi saporē sive gustabile est factiū huius s. organi gustus actū idest in actu: organū enim reducitur a gustabili de potentia ad actu. Dubitatur utrum species saporū sint septem vel octo vel sub alio numero. et similiter utrum dulcedo et amaritudo sint species extreme et omnes aliae sint medie inter eas: vt A. et L. commentator hic afferunt. In qua dubitatione tres reperiuntur famose positiones. Prima fuit A. quā L. commentator et Albertus ac plures alij insequuntur q. dulcedo et amaritudo sunt saporē extremiti simplices et maxime contrarij: et q. omnes aliae sunt medie ex ipsis extremitis compositi sub gradibus remissis: dulcedo et nigredo in genere colorum sunt colores extremiti. et omnes aliae sunt medie ex extremitis sub gradibus remissis: compositi. Et commentator enūmerat quinq; saporē medios inter dulcedinem et amaritudinem. s. pingue: qui est magis propinquus amaro. et inter pingue et salsum qui est magis propinquus amaro. et inter pingue et salsum posuit tres scilicet acutum stipticum et acetosum A. et inter pingue et salsum ponit quartuor scilicet acrem et austērum ponticum et acutum. Albertus autem ponit quinque s. stiptici et ponticum: quos dicit magis appropinquare dulcedini: et acrem et acutum et acetosum quos dicit magis appropinquare amaro. Secunda positio fuit Balieni q. posuit nouem species saporū extremitas dixit non cē saporem dulcem et amarum. sed acutum et ponticum cuius fundamentum fuit quoniam calidum et frigidum diversimode se habentia ad humidum passum a secco sunt cause ipsorum saporū. ergo finitimi excessum calorū supra frigus vel econuerso. aut eoz temperamentū habent distinctas species saporū. In comparatione tamen admixtio nem humidi cum secco sive ad modum substantie mixti in se saporem habentis. Et ex hoc fundamento potest colligi numerus specierū saporū: que sunt extremitas: et que medie: Nam omne saporū aut est calidum in complexione: aut frigidum: aut temperatum. Si est calidum hoc

tripliciter: quia aut est subtilis substantie: aut grossa: aut mediocris. si est calidum subtilis substantie: eius sapor est acutus: et hic sapor est extremus ex latere caliditatis. si est calidum grossa substantie: eius sapor est amarus. si est calidum mediocris substantie: eius sapor est salsus. Si autem corpus saporis fuit frigidum: iterum tripliciter: aut subtilis substantie: aut grossa: aut medie. Si frigidus subtilis substantie: tunc eius sapor est acerosus. si frigidus grossa substantie: eius sapor erit ponticus. Ethic est alius sapor extremus maximum consequens dominum frigiditatis. Si frigidus mediocris substantie: eius sapor est stipticus. Si vero corpus babuerit complexionis temperamentū: aut est subtile: aut grossum: aut medius. si subtile sapor eius est vinctuosus. si grossum est dulcis. si medius ocre: est insipidus. Et licet hec positio sit satis apparentis: commentato: tamen comento. c. v. ipsam nititur improbare

Primo quia finitimi positionem nunquam idem sapor: in specie sequeretur aliquando dominum calorū: et aliquando dominum frigidū: vt patet. consequens tamen est salsus. ergo t. Quod consequens sit salsum: probatur. quia sicut aliquando sequitur caliditatem. et aliquando frigiditatem: sic dulcedo et similiter amaritudo et ita de alijs. Unde in quibusdam fructibus immaturis inueniuntur amaritudo et illa sequitur frigiditatem: et in rebus combustis inueniuntur amaritudo: et illa sequitur caliditatem. Similiter in quibusdam fructibus immaturis inueniuntur dulcedo quāvis sive frigida aut insipida qui postea per complementum digestionis efficiuntur amari. et quedam sunt calida in quibus appareat dulcedo sic et mel et reliqua talia. Secundo arguit commentator: ibi. Et signum eius q. isti saporē. Sicut corpus non transferrit de albedine in nigredinem vel econuerso nisi per aliquem aliorum colorum. et non semper fit talis transformatio per omnes alios colores: nec semper per eundem: sed arguimus q. albedo et nigredo sunt colores extremitatis: et q. omnes aliae sunt inter eos. sic dum fructus plantarum transferuntur de amaritudine ad dulcedinem transferuntur per alios saporē finitimi quae pertinet illi amaro vel illi dulci quod non sicut nisi dulcedo et amaritudo essent saporē extremitatis et omnes aliae medie inter eos. Tertio ibi. Et si concesserimus. Arguit commentator contra experientiam super qua substantatus est Balienus. qui dixit omne amarum esse calidum: quia omne amarum inducit calorem in corpore hominis: et ita de alijs. quoniam licet concederimus sic esse respectu corporis hominis: vt dixit Balienus. ex hoc non sequitur tamen sitesse ex natura aeris: et ex parte ipsorum saporū: quia aliquid est calidum respectu hominis: quod est frigidum respectu leonis. et aliquid est frigidum respectu hominis: quod respectu alterius animalis est calidum. et per consequens non debemus simpliciter asserere hunc saporē vel illum esse calidum vel frigidū quia taliter operatur in corpore hominis. Ex quo videlicet concludit commentator quod videtur q. sapor magis sequatur humiditatem et siccitatem q. caliditatem et frigiditatem. quare necesse est opinari aliquam complexionem terminatam ex qua sit amaritudo et aliam ex qua sit dulcedo: et q. iste due complexiones sunt contrarie finitimi hoc modo. Tertio positio est Aquincme qui in omnibus videtur conuenire cum Balieno preter q. in sapore insipido. quoniam insipidum dicitur quod nullum habet saporem: vt aqua. et ppter ea ponit solum octo species saporū: quarum tres sequuntur manifestum dominium calorū: et ille calor qui est in extremitate calorū est acutus sicut sapor zibericus: post eum in calore sequitur amarus: et post amarum salsus. Tres autem aliae sequuntur manifestum



Liber

domini frigoris. et sile q est in extremo frigiditatis est pon-
tius: vt sapor fructus maxime crudi post cu in sapore se-
quuntur stipticus: et post stipticum acetosus communis aceto-
tati creste et acetositas aceti. Inter has sex sunt aliae due me-
ditate. s. dulcis et pinguis. sed dulcis olus attinet calor qz p
guis. Et sustinendo Galienum et Alcennam responderetur
ad rationem Averrois. Ad primam dico q amaritudo sp
sequitur caliditatem et dulcedo temperamentum vel parum ab
eo per calorem declinat. et nego q illi fructus immaturi sine
sumari imo sunt pontici vel stiptici. et de aliis nego q sint
dulces possunt tamen ce infispidi: aut propter abundantias
humidi aquae autem propter grossitudine substantiae eorum impe-
dientem impulsionem in gustu. Ad secundam dicens q il-
la ro bene arguit q dulcedo et amaritudo non sunt sapores
immediati et q habent multa media. sed ex hoc non sequit
q sint simpliciter extremi. Ad tertiam sum Galienum
facilius est responsio: q ipse posuit complexionem homi-
nis temperata esse medium in universalis substantia. et per con-
sequens in ordine ad illam cetera habent graduari et me-
surari sic q omne quod calefacit hominem est absolute calidum
denominandum: et quod infrigidat frigidum. et ita de aliis
et cetera.

Et tangibili autem et tactu eadem ratio. Si
enī tactus non est unus sensus: sed plures
necessariū et tangibilia sensititia plura ēē.
Habent autem dubitationem ut plures sint aut
unus: et quidem est sensitivum tangibile ut caro
et in aliis proportionale: aut non. Sed hoc quidem
est medium: primum autem sensitiuū aliud quod
dam est intus.

Istud est septimus capitulus huius tractatus in quo de-
terminatur de tangibili et tactu. Continet autem hoc capi-
tulu tres partes. in qua p̄ma determinatur de tactu et ei⁹
organō. in secunda de medio. in tercia de obiecto: ibi secun-
da. Dubitat autem quis. ibi tercia Tangibles quidē ignit.
Prima adducit duas: quia p̄mo mouet duas dubitationes.
secundo de illis p̄sequitur ibi Q̄ is etenī sensus. De
p̄ma dicit q eadem ratio est de tangibili et tactu: q si tactus
non est unus sensus sed plures: necessariū est tangibilia
et sensitibia plura ēē. et supple si: tactus est unus tangibile
est unus et ecousio. Et tunc mouet dubitationes. di. habet
autem dubitationem ut plures sint tactus aut unus. Et
qd est sensitivum tangibile. Ut caro in habitibus carnē
et in alijs animalibus non habentibus carnē proportiona-
lem carnē aut non. sed hoc quidem. s. caro vel proportiona-
le carni est medium. Primum autem sensitivū sicut organum
tactus et aliud quoddā intus. s. nervus vel proporcionale
neruo. Intelligendum primo fin p̄m. comento. cvij. q
ut tangibile sit unus aut plura: uno est dubium sicut est de
tactu et sermo in eis idem est. et inuit per hoc cām propter
quam later hoc in hoc sensu et nō latet in alijs sensib⁹. De
illis enī quia manifestū sicut q sensitibile eorum est unus in gene-
re sicut color son⁹ odor. s. ut etiā manifestū eos cē unus
in genere puta visus auditum et olfactū. In hoc aut sensu. s.
tactu quia ignoratū sicut de suis sensitilibus. s. q sint unus
in genere. sicut etiā ignoratū de suo sensu. s. q sint unus.

Intelligendum secundo q aliqua alia habent sanguinē
et aliqua non: sed habent humiditatem proportionalem san-
guini. habentia sanguinē: habent carnē et nervū. sed ha-
bentia humiditatem proportionalem: habent proportionale car-
ni et nervo. et ideo loquitur D. sub distinctione.

Omnis etenī sensus unius contrarietas esse
videtur: vt visus albi et nigri: auditus gravis et acu-
ti: gustus amarit dulcis. Ju tangibili autem multe

sunt contrarietas: calidum et frigidum: humidus
secum: durum molle: et alioz que cumq sunt huius
modi. Habet autem solutionem quandam ad hāc
dubitatem: et q in alijs sensibus sunt contrarie-
tates plures: vt in voce non solum acumen et gra-
uitas. sed et magnitudo et paruitas: et asperitas vocis
et similia alia. Sunt autem circa colorem differēcie
huiusmodi altere. sed q sit vnu subiectum: sicut au-
ditum sonus: sic tactus non est manifestum.

Prosequitur de dubitationibus superius motis. et diui-
dit in tres. quia p̄mo arguit ad vnu partē dubitationis pri-
me. secundo pertractat dubitationē secundā: cuius solutio
est necessaria ad solutionē prime dubitationis. tertio innuit
solutionē prime dubitationis ibi secunda. Ut aut. ibi tercia
Demonstrat. De prima sic arguit. Q̄ is sensus vnu
vident esse vnu sensitivitas: vt visus albi et nigri: auditus
gravis et acuti: gustus amarit dulcis. sed tactus non ē vnu
contrarietas sed plurū: qd pbatur. quia in tangibilibus
plures sunt contrarietas: vt calidū humidū frigidū et
siccius et molle: et contrarietas alioz quecumq sunt huius si-
cū granis levius asperilenis. ergo tc. Ad hanc autem
rationē adducebant aliquā solutionē dicentes q in
alijs sensibus sunt plures contrarietas quāvis qlibet eorum
sit vnu vi in voce non solum acumen et grauitas: sed etiā
magnitudo et prauitas et lenitas et asperitas vocis et alia similia
et claritas et obscuritas. Similiter circa odorē sunt huius
modi differentie altere a p̄dictis. s. qz albi et nigri: vt in
sum remissum pulchrum turpe et c. et tunc supplendū est q
simili modolz in tactu sunt plures contrarietas ex hoc non
sequitur ut non sit vnu. Hanc solutionē remonēdo dicit
D. q non est manifestū q sit vnu subiectum. i. gen⁹ ob-
iectum tactus sicut sonus auditus. q. dicat qz vnu sensitivus
plures cōueniant contrarietas: hoc nō tollit illius vnu
tamen dūmodo omnes ille habent vnum proximum ge-
nus quod sit obiectum illius sensus sicut color visus. et so-
nus auditus. Sed q omnes contrarietas tactus habe-
ant eamē genus non videtur neq est manifestū. proprie-
tate appareat q tactus non sit vnu. Intelligendum primo
fin p̄m. comento. cvij. q si fuerit declaratum q sensus tactus
est in carne: ita q porcio carnis ad ipsum sit sicut pro-
porcio oculi ad visum. manifestū est q sensus tactus est
C O stendit intellectus non esse sensum. Et duo facit: quod primo hoc probat per hoc quod intelligere non est sentire. Secundo per hoc quod opinari quod sequitur iudicium intellectus non est fantasmatum quod sequitur iudicium sensus: ibi. Fantasma enim. Quod intelligere non est sentire duplum probat. Primo quod sentire inest omnibus animalibus: non autem intelligere. Secundo quod contingit intelligere recte et non recte. sentire autem semper est recte: ideo dicit. Quod quidem igitur non idem sit sapere et sentire: manifestum est: hoc quidem enim. s. sentire in omnibus est. s. animalibus. Ilud vero. Intelligere in paucis est animalium. Sed neque intelligere in quo est recte et non recte: recte quidem prudenter et scientia aut opinio vera non recte autem contrario, rum neque hoc est idem cum ipso sentire. sensus quidem priorum semper verus est: et omnibus animalibus inest. Intelligere enim, contingit et falso: et nulli inest cui non inest et ratio. Intelligendum secundum commentatorem continet. cl. quod sensus semper dicit verum in rebus propriis et falsum in universalibus. intellectus vero econtrario. s. vero in universalibus et falsum in propriis: et etiam in rebus propriis magis durat sua veritas quam intellectus in rebus universalibus. Propter quod sciendum quod circa illud in quod potest cognitiva fertur immediate non cadit error: sed bene cadit error circa illud in quod fertur mediate. quod ergo sensus immediate fertur in sensibili proprio et mediate sensibili proprio fertur in sensibili communia: ut patitur super hoc est quod sensus respectu propriorum semper est verus: respectu autem communis per se falsificatur: ut magnitudinem iudicium maiorem aut minorem quam sit: et esse motu iudicando gescere: et ita de aliis. Ecce vero quod intellectus immediate fertur in communia: ut in priora principia et dignitates et mediatis eis fertur in propriis vel in particularibus conclusiones. i. intellectus non erat circa intelligibilia propria et particularia. Et

Secundus

subdit commentator q; magis durat veritas sensus i rebus proprijs q; intellectus in rebus vniuersalibus : qd indi, get consideratione.

Cfantasia enim alterz est a sensu z ab intellectu. Ethoc non sit sine sensu: z sine hac non est opinio manifestum. hec quidem enim passio in nobis est: cum volumus. Pre oculis enim est facere sicut i recordatiuis positi: et idolum sunt facientes. Opinari autem non in nobis est. necesse enim falso aut verum dicere.

Considerit q; opinio non est phantasia. z dividitur i duas sicut duas ad hoc facit rationes. ibi secunda Amplius autem. Dicit de prima premitti dico primo q; phantasia est quid alterum a sensu z ab intellectu. z hoc scilicet phantasia non est sine sensu: z sine hac non est opinio. Quod autem non est eadem phantasia z opinio manifestum est. hec enim passio scilicet phantasia sibi volumus. pre oculis enim est facere scilicet phantasmata ad libitum nostrum: ac si illa phantasmata essent ante oculos nostros: sicut positi in recordatiuis idest volentes recordari sunt facientes sibi idolum ad placitum. Opinari autem non in nobis est quandocunq; volumus. quia necesse est opinantem idest illum qui debet opinari habere rationem dicentem verum vel falsum. Intelligendum sibi commentatorem commento. c. liij. q; imaginari idest phantasiarum aliud est a sentire scilicet exteriori: z distinguere per intellectum idest intelligere z imaginari non sit absq; sentire: z absq; imaginari non sit conciliari idest opinari.

Et quasi innuit hic alicetatem illarum trium virtutum sibi prius z posteriorius in natura. si enim sensus fuerit non sequitur ut sit imaginatio. sed si imaginatio erit sensus erit. z similiter si intellectus erit: imaginatio erit. z non eouerso. Dat igitur q; phantasia non est sine sensu capiendo phantasiam pro operatione virtutis phantastice cu sit notus factus a sensu sibi actum ut post ostendetur. sic opinio non est sine phantasia. nam si nos intelligeremus absq; phantasmate. tunc absq; discursu z simplici intuitu quidditates rerum cognoscemus: quare nunc de illis non opinionez sed scientiam haberemus. ideo si per intellectum quis debet opinari: oportet ipsum phantasiari. Intelligendum se cu dico q; ad hoc q; aliquis phantasiatur. non oportet q; habere rationem dicentem verum aut falsum. ideo in potestate nostra est phantasiari cum volumus. sed debente opinari necesse habere rationem dicentem verum aut falsum. z quia non est in potestate nostra opinari: z quanvis ratio faciens opinari possit esse indifferenter vera vel falsa: tam ab illo opinante oportet q; credatur esse vera.

Amplius autem cum opinamur difficile aliquid aut terrible statim compatimur. Similiter autem est z si confidendum sibi phantasiam autem simili ter non habemus sicut si essemus considerantes in pictura difficultia et confidentia. Sunt autem et ipsius acceptationis differentie scientia et opinio et prudentia et contraria hoz de quoq; altera sit ratio. De eo autem quod est intelligere quoniam alterz est atero quod est sentire: huius autem aliud phantasia esse videtur: aliud opinio. De phantasia determinantes sic et de altero dicendum est.

Adducit ratione secundam dicens: Amplius autem cauaminur difficile aliquid aut terrible statim compatimur idest tristiamur. similiter autem est z si aliquid confidendum opinamur: quia nunc letamur. Secundum phantasiarum autem fili

nos habemus quantum ad tristiciam vel leticiam sicut si esse mus considerantes confidentia et difficultia in picturis: quia tunc non multum letamur aut tristiamur. Et subdit se ex cusando ab ulteriori determinatione de his acceptacionib; intellectus dicens. Sunt autem et differentie acceptationis ipsi intellectus scientia et opinio et prudentia et contraria hoz. z quoq; differentia sit altera ratio priuens ad. vi. ethico. postea epilogat dicens. De eo autem qd est intelligere quoniam alterz est ab eo qd est sentire dictu est. huius autem. s. sequentia iudicis sensus et iudicis intellectus aliud videtur esse fantasia et aliud opinio. De phantasia sic determinantes ut statim fieri: postea de altero. s. intellectu dicendum est. Intelligendum dico primo q; ad opinionem habitam de aliquo tristabilis vel considerando sequitur fortis passio in appetitu: ut tristitia gaudium timor: vel spes: qd accidit: quia credimus ita esse sicut opiniamur. sed ad phantasiad aliquo tali non sequitur fortis passio sibi. quia raro credimus sic esse in re sicut fantasiamur. z multoties formam uobis idola sibi phantasiagibus scimus in re nihil correspondere: z dico singulis motibus maragdum: palatiu aureu. z ita de alijs. Intelligendum sibi. comento. c. liij. q; imaginatio est alia a consilio et estimatione: quoniam cu nos estimauerimus aliquod timor: s; futurum quoquo modo patimur non passio ac illud timor est pns. z filii cu nos estimauerimus aliquod audactiu futurum statim patiemur: sed non patiemur passione qualis illo audactuo existente pnti. cu autem imaginari fuerimus illis timoribus statim patiemur quasi esset pns. Et quia sibi per imaginacionem intelligitur phantasia: per consilium opinionem et per estimationem cogitationem vel estimationem et vult id est in iudicium de estimatore et consilio quantu ad ppositum spectat: id eundem cu autem imaginari fuerimus illud timoribus statim patiemur z. videb; contradicere textu q; vult q; ad imaginacionem seu fantasiam non sequatur passio. Rudebat q; consilium et estimatio respiciunt futurum. imaginatio autem pns et ad consilium et estimationem sequitur fortis passio. sed ad imaginacionem aut non sequitur aut debilis. z per hoc poterit apparet contradictione.

Zigitur phantasia est sibi quam fantasmatum aliquod nobis fieri dicimus: et si non aliquod sibi metaphoram dicimus una quedam potentia est hanc autem habitus sibi quaz discernimus aut verum aut falsum dicimus. huiusmodi autem sunt sensus: opinio: scientia: et intellectus:

CHic determinat sibi fantasmatum continet duas ptes. i qz pma separat fantasiam a qbusdam cu qd hz conuenientiam. in scda. odict qd sit fantasmatum ibi. s; qm moto hoc. pma i duas: qd p enarrat illa cu qbus fantasmatum hz conuenientiam. in scda odict qd nullum exz est fantasmatum. ibi. d; qd est. Dicit de pma. Si igit fantasmatum est sibi quaz dicimus nobis fieri aliquod fantasmatum. i. aliquod apparitorum: z si si aliquod sibi metaphoram dicimus. s. ee fantasmatum lognum dca. ppe et sibi metaphorice. s; fantasmatum est una quedam potentia harum aut huius sibi quaz discernimus aut verum aut falsum hz. aut sensus opio scia et intellectus. Intelligendum q; ois illa potentia p quaz nobis aliquod appetitum est: est potentia p quaz discernimus verum aut falsum. s; fantasmatum ppe dicta est po p quaz aliquod nobis est appetitum cu dicatur a phantasiis qd est apparitorum. igit p ea dicitur quaz verum aut falsum. z qd p hec quatuor yz sensu opinionem in intellectu et scienciam discernimus est verum aut falsum. i. aliquod istorum fantasmatum est videtur. z h caput intellectus si p poterit intellectus sibi p hitu cognitio ipso principio ut distingua sibi scienciam q est habitualis cognitionis conclusionum: quod patet per commentatorem commento. c. lv. dum dixit. Et intendit per intellectum ut mihi videtur primas propositiones. z per scientiam illud quod prouenit ab eis. Et dixit potentia aut habitus: quia aliquod enumeratorium est potentia. aliud quod vero est habitus: ut scientia et intellectus.

Sed tunc posset aliquis dubitare qre cu sint plures alii

Liber

habitus intellectuales sicut sapientia prudens nos sentit. *A. x.* mentionem de eis separando cas a fantasia. Respondebat qd hoc fecit: qd illi alii habitus intellectuales suos non erant noti, de eis tamen spalem fecit mentionem in. vi. eti. Qd possimus dicere qd oea differentie ex eo que habent esse in intellectu dant intelligi per hec tria que hanc emerat. *A. x.* s. per opinionem scientiam et intellectum: qd omnis cognitio intellectus vel est certa vel dubia. Si dubia: datur intelligi per opinionem. Si certa: vel est de principiis: et sic datur intelligi per intellectum. vel est de conclusionibus: et sic datur intelligi per scientiam: id scia ppe sit circa speculabilitia non abstracta: et scientia circa speculabilitia abstracta.

Ars vero est circa facibilias, et prudentia circa agibilias: et si hoc habitus intellectuales ad invicem habent distingui. ut colliguntur et. vi. etibi.

C Quod quidem igitur non sit sensus manifestum ex his est. Sensus quidem enim aut potentia aut actus est ut visus et visio. Fantasiam autem aliquid et nullo horum existente: ut que in somniis.

C Opendit qd nullum quattuor enumeratorum est phantasia et continet tres partes: in qua prima ostendit qd phantasia non est sensus. in secunda qd non est scia neque intellectus. in tercia qd non est opinio. ibi secunda. At vero neque ibi tercya: Relinquit videtur. De prima itaque in quinque dividitur in numerum quinque rationes quas fecit ad pbandum fantasiam non esse sensum: intelligendo per sensum: sensum exteriorum: quia nouum est qd phantasia est sensus interior: si capiat per potentiam vel cum operatione. De prima intendit talen rationem per phantasiam nobis apparentem aliquam in somniis: ut dum dominus et somniamus. sed neque per sensum in actu nec per ipsum in potentia nobis appareat aliquid in somniis. ergo phantasia non est sensus in actu: nec est sensus in potentia. *D* in somniis nihil apparet nobis per sensum in actu. patet: quia tunc sensus sunt ligati et non sunt in actu. qd etiam nihil apparet per sensum in potentia nouum est: quia sensus in potentia non operatur: ideo per ipsum nihil apparet. Dicit ergo qd quidem igitur phantasia non sit sensus: manifestum est ex his quia sensus quidem enim aut est potentia aut actus. i. aut sumitur in potentia aut in actu: ut visus dicit sensum in potentia: et visio dicit sensum in actu. Fantasiam autem aliqd et nullo horum existente. s. illo per quod aliquid apparet: ut que in somniis. i. ut est in phantasia que est in somniis.

C Postea enim potentiam sensus quidem semper adest viventibus et non orbatis: fantasiam autem non.

C Secunda ratio. Aliis non orbatis semper inest sensus in potentia. sed illis non inest semper phantasia in actu. ergo et. Et hec ratio solu pbat qd phantasia in actu non est sensus in potentia. Dicit igitur postea sensus quidem enim potentiam semper adest in viventibus et non orbatis. phantasia autem s. in actu non semper adest.

C Si vero ei quod actu idem: omnibus ut contingeret bestiis fantasiam inesse. Cuidetur autem non bestiis: ut formice: aut apis: aut vermis.

C Tertia ratio. Aliis bestiis aliqui inest sensus in actu. sed non oibus bestiis aliqui inest phantasia. ergo et. minor probatur: qd formice aut vermi et talibus aliis non inest phantasia. dicit ergo. Si vero phantasia est idem ei sensu qd actu oibus utique bestiis contingit: et fantasiam inesse. ut autem non ut formice aut apis aut vermi.

C Postea hi quidem veri semper fantasie autem plures fuisse.

C Quartaria ratio. Sensus respectu priorum semper sunt veri. sed phantasie ut plurimi sunt false. ergo phantasia non est sensus ideo dicit: Postea hi quidem s. sensus sunt semper veri. s. respectu obiectorum priorum fantasie autem plures sunt false.

C Amplius autem non dicimus cu opemur certe circa sensibile quoniam videtur hoc nobis homo. Sed magis cu non manifeste sentimus: tunc et autem verus aut falsus. Et quidem diximus apparent et dormientibus visiones.

C Quinta ratio. Cu certe sentimus dicere possumus sic est et non solu qd sic apparent. sed cum manifestephantiamur non possumus certe dicere sic esse sed solu sic apparere: ut ppe in somniis. ergo phantasia non est sensus: dicit. Amplius autem cu opemur s. certe contra i. circa sensibilia per sensum non dicimus quoniam hoc vir nobis homo. sed magis hoc facimus cu non manifeste sentimus: tunc sensus est avertens aut falsus sed supple cu certe sentimus sensus semper est verus et dicitur qd hoc est homo: ut de aliis. Sed cu manifestephantiamur non dicimus sic est sed sic apparere: et quidem diximus apparent et dormientibus visiones manifestephantiamur non dicimus quoniam hoc est sensus: dicit. *In-*

*tellegendo qd sensus exteriorum non decipit circa sensum sensibilem pppe tantibus tribus conditionibus. s. debita disponere organi: debita disponere mediij: et debita approximatio: obiectu: et tunc certe sentimus iudicando qd hoc est albus vel aliqd aliud tale. Vbi autem aliqua ista conditione deficeret non sentiremus certe: ut si visibile est longinquum aut medium tenebrosum. et tunc de illo dubitar emus dicendo qd nobis videtur qd hoc sit tale. Per phantasiam autem est manifeste circa aliquid sensibile opemur non dicimus sic esse sed sic appere: qd in dormientibus maxime accidit. Sed circa rationem certiam dubitamus: qd ibi dicit. *A. x.* qd vices apes et formice non habent phantasiam. et huius oppositum ut superius dixisse: vbi volunt: qd cuiuscumque inest sensus: illi inest delectatio et tristitia appetitus et phantasia. Huius rident Albertus. qd libet terrestres et insectes et talia valde imperfecta aitalia non habent fantasiam. s. psesta. apes autem et formice bene habent fantasiam. cu talia aitalia artificiose operentur casas et sibi prouideant in futurum et in commune operentur. Et posterior dicit textus *A. x.* et vicio translatoris corruptum finitum qd non intellexit nota aitalium que *A. x.* dicit non habere fantasiam: et loco illo posuit apes et formicas. Illa autem aitalia imperfecta bene dicit habere aliquam imaginationem siue estimationem et ex pnti fantasiam imperfectam. et de hac vult loatus *A. x.* supra: hic autem solu loquuntur de fantasiam perfectam. Comentator autem commentator c. lvj. ad huius declarationem dicit hec vba: Estimatur. n. qd non oitalia imaginatur. i. fantasiam: et est aitalia qd non mouetur ad sensibilia nisi apud pntiam eorum in actu ut vices et musae: apes et formice necessario imaginantur i. fantasiam. apes vero pp artificium in faciendo suas casas: formice autem pp depositionem nutrimenti regunt et ei congregacionem in loco determinato: sed non curantur de exemplo. Et qd ppe Albertus secundum fauissimum commentatorum nisi in hoc ultimo: quia ubi commentator dicit *A. x.* non curantur de exemplo dicitur voluit explicare de aitalibus non habentibus fantasiam enumerando apes et formicas que habent fantasiam. Albertus hoc ponit via vicio translatoris. Egidius vero illis posterior inuere videtur qd aitalia in triplici dura reguntur. Quedam enim sunt que non comprehendunt sensibilitatem in eorum absentia: dato enim qd non sunt in actuali exercitio: nec sunt presentia alia sensibilitas ad illa ordinata. et ista habent phantasmam perfectam simpliciter que habent determinatum organum in cerebro ut post apparebit. Alia vero sunt animalia media inter ista in perfectione: que licet comprehendunt sensibilem in eorum absentia: non tamen de eis memo riantur nisi dum sunt in actuali exercitio et plentibus aliis sensibilibus ordinatis ad illa: et ista habent phantasmam imperfectam non tamen simpliciter*

Secundus

In primo ordine sunt lumbri et musce. In ultimo sunt homines qui et ceterum, sed in medio qui sunt ultimo recitari sunt apes et formice. Nam apes scunt per memorias reverti ad locum in quo incepserant fabricare et formice ad locum in quo esse pererant grana recondere. sed tamen hoc non memoratur nisi dum sunt in actuali exercitio faciendo casas vel reconducendo grana; et presentibus aliis sensibilibus que ad illa ordinantur. Quod ergo cum dicitur supra omnia animalia haberephantiam intellectum de imperfecta simpliciter que in eodem organo reperitur cum factu: immo a quibusdam dicitur esse realiter idem cum eo. Cum autem dicunt quod apes et formice non habent fantiam intellectum de perfecta simpliciter.

¶ Altero neque semper vera dicitur neque una erit ut scientia: aut intellectus. est enim fantiam vera et falsa.

¶ ostendit quod phantasia non est scientia nec intellectus: quia scientia et intellectus semper sunt vera, phantasia autem potest esse falsa. ergo et ceterum dicit: At vero neque una ratione. multa phantasia erit de numero seu per dictionem vera: ut scientia aut intellectus: est enim phantasia et falsa.

¶ Relinquitur igitur videre si opinio sit. Sit enim et opinio et vera et falsa. sed opinioni quidem inheret fides. Non enim contingit opinantem de quibus videtur non credere. Bestiarum nulli inest fides: phantasia autem multis.

¶ ostendit quod phantasia non est opinio. et duo facit: quia primo ostendit quod phantasia non est opinio simpliciter sicut per se. secundo ostendit quod non est aliquid compositum ex opinione et sensu. ibi secunda manifestum ergo. Probat duabus rationibus: quae prima est ista. - Unilibet opinioni inheret fides. sed non cuiuslibet phantasia inheret fides. ergo phantasia non est opinio. prae consequentia et major: quia non contingit non opinantem non credere ea que opinatur. et minor declaratur: quia nulli bestiarum inest fides multis aut inest phantasia. igitur et ceterum.

¶ Amplius: si omnem opinionem consequatur fides: fidem autem suam esse: suasionem autem ratio. Bestiarum autem quibusdam phantasia inest: ratio vero non.

¶ Secunda ratio omnem opinionem sequitur ratione seu non omnemphantiam sequitur ratio. ergo et ceterum patet iterum ratione manifestum ergo. Minor etiam nota est: quia multis bestiarum inest phantasia quibus tamen non inest ratio. Dicit ergo continuando se ad precedentiam quod cum phantasia non sit sensus scientia vel intellectus. relinquitur igitur videre si opinio sit: enim et opinio est vera et falsa sicut phantasia. Et tunc arguit quod non dicens. Sed opinioni quidem inheret fides. Non enim contingit opinantem non credere ea de quibus videtur sibi. bestiarum autem nulli inest fides. phantasia autem multis bestiarum inest. Amplius: Si pro qua oem opinionem sequitur fides sive credulitas. fidei autem sequitur sua sum: suasionem autem sequitur ratione. bestiarum autem quibusdam phantasia quidem inest: ratio autem non. Intelligendum quod nullus aliquid opinatur nisi per rationem aliquam illud sibi persuaderetur. ad persuasione autem sequitur fides sive credulitas. ideo bene dictum est quod opinio non est sine fide: et fides non est sine persuasione: et persuasio non est sine ratione. Et hic non capitur fides proprie per firma crudelitate sive bestiacione acquisita ex sola auctoritate dicens: sed contra per firma crudelitate sive bestiacione acquisita ex ratione persuasiua.

¶ Manifestum igitur quoniam neque opinio cum

sensu: neque per sensum: neque complexio opinionis et sensus erit phantasia. Propter hoc et manifestum quod non alia quedam est opinio. sed illa que quidem cuius est sensus. Dico autem ex albi opinione et sensu complexio phantasia est. Non enim ex opinione quid est albi: ex sensu autem boni. Apparet igitur est opinari quod quidem sentitur non secundum ac cedens.

¶ Ostendit quod phantasia non est complexio compositionis ex opinione et sensu. et continet duas partes: quia per enumerat modos quod potest intelligi quod phantasia sit quod complexio ex opinione et sensu dividendo quod illo modo sit probabilior. in secundo ostendit quod fantasiam non est aliquid tale complexum ibi: Apparet autem. De prima dicit quod manifestum ergo est quoniam phantasia neque erit opinio cum sensu. neque opinio per sensum: neque complexio opinionis et sensus. Et propter hoc etiam manifestum est quod phantasia non est alia quedam opinio id est alterius obiecti ab eo cuius est sensus. Sed illa que quidem est illius obiecti cuius est et sensus. Secundum quod manifestum est complexio ex opinione et sensu ipsum est complexio ex opinione albi et ex sensu albi. gratia exempli. Non enim est ex opinione quidem albi ex sensu autem boni. Apparet igitur per phantasiam secundum opinari eius obiectum: quod quidem sentitur non secundum accidentem. sed per se. Intelligendum primo quod opinio et scia sunt de conclusionibus et per hoc distinguuntur ab intellectu quod est de principiis: et opinio distinguitur a scia: quia scia agrius per rationem demonstrativa: opinio vero per rationem probabilem. si ergo phantasia est complexio ex opinione et sensu. hoc tripliciter intelligi possit. primo quod sit opinio cum sensu. item opinio essentialiter cuius est sensus. secundum quod sit opinio per sensum. item sensus essentialiter cuius annectitur opinio. tertio quod sit complexio opinionis et sensus. item quod sit essentia alius ex triplex complexo. Et si phantasia dicatur complexio ex opinione sensu: magis rationabile est quod sit complexio ex opinione sensu eiusdem obiecti quam diversorum: ut deinde in libro. Intelligendum secundum secundum. item. item. quod imaginatio. item phantasia non est aliqua illa virtus. sed dicta ratione si esset complexio ex eis: contingere ut vere dicatur de ea. propter illas virtutes. sed sensus et opinionis ex quibus componitur modo medio. Complexio. item. et aliquid necesse est ut in eo existat quoque modo existentia in componentibus. Prout autem ex dictis quod probatur sensus et opinionis non complexus fantasie. prae etiam et commentatore hic quod illa quatuor supra numerata. sed sensus opinionis et ratione. prius indiferenter sumi et per virtutibus et per habitibus. id est supradictum. locum suum sub distinctione.

¶ Apparet et falsa de quibus sumi acceptancez veram habeant. et videtur sol vnius pedis: sed creditus est maior esse habitatione. Accidit igitur aut absicere sui ipsius veram opinionem quam habebat saluatam saluare non oblitum neque decadente aut si ad hunc habent eandem necesse veram et falsam. Sed falsam facta est cum lateat transcedentes. Non ergo vnu aliquod horum est: neque ex his phantasia.

¶ Adducit ratione ad probandum quod fantasiam non sit complexio ex opinione et sensu: quia multoties haec opinio vera et sensus falsus de eodem: ut per iunctitatem solis quod ad sensum utrumque vnius pedis: et per opinionem creditur et maior tota trahitabilitate. si ergo ex tali opinione et sensu debeat statui vnu ut fantasiam: opozitum quod opinio est vera gaudentem sensu falso. sed atque non potest nisi opinio illa efficiat falsa. Sed isto dato tunc alio istopragitur s. vel quod opinio vera efficiatur falsa facta tamen mutatione in re opinata: nec in ipso opinante: aut quod eadem opinio sit erit vera et falsa. sed utique isto est impossibile. ergo ipso possibile est quod fantasiam sit complexio ex opinione et sensu.

Liber

Dicit ergo: Apparent autem et falsa aliqua ad sensum quibus simul habent hoies veram acceptationem. i. opinione. nam et videtur sol unius pedis secundum sensum sed creditus est per opinionem esse maior habitatione. i. terra habitabili. Accidit igitur aut abijcere suipius veram opinionem quam habebat salua re de qua habebatur opinio non oblitus. s. ipsum opinantem neque decrederem: aut si adhuc habet. i. opinionem veram eandem necesse est veram et falsam esse. sed opinio vera facta est falsa cuius res transidens. i. transmutata de qua habetur opinio lateat ipsum opinantem. Si fantasia ergo non est aliquid unius horum prius dictorum neque ex his est composita. Intelligendum quod cum idem non possumus simul esse vero et falsum: si fantasia esset composita ex opinione et sensu: oportaret quod ab eo esset vera vel quod ambo essent falsa. si ergo sensus esset falsus et opinio vera oportaret quod opinio conformaret se sensui falso: quod esse non possit nisi opinio vera efficeretur falsa. Opinio autem vera efficitur falsa dupliciter. Uno modo per mutationem factam in re opinata vbi lateat opinante sicut si sit. sedente opinareris ipsum sedere: et tunc in aduertente surgeret: et ut plurimum hoc modo opinio vera efficitur falsa. Alio modo opinio vera efficeretur falsa per mutationem factam in opinante vi quia oblitus est opiniois vere et accipit opinionem falsam illi oppositam: aut quod non amplius credit opinionem veram propter aliquam rationem ad oppositum faciem et acquerit opinionem falsam. Quare per illud ad quod deducit ratio. A. x. tanquam ad inconveniens est impossibile. per utramque partem. s. quod fantasia est composita ex opinione et sensu: nesciret quod opinio vera efficeretur falsa nulla facta mutatione in re opinata vel in ipso opinante quod eadem opinio simul sit vera et falsa. Sed hic posset aliquis dubitare quoniam dictum est quod si opinio vera et sensus falsus debent constitutrephantasiam: nesciret quod opinio vera conformetur sensui falso: et ex isti quod opinio vera efficiatur falsa. quia nisi opinio et sensus sunt ad inuicem consonia nesciuntur et ei consuetur aliquid unius tertium. videtur aut hoc necessarium quia talis consonitas opinionis et sensus potest aliter fieri. Potest enim vi videtur et sensus falsus conformari opinioni vere et sic constitutrephantasiam. Ad hoc respondet quod si opinio vera et sensus falsus debent fieri ad inuicem consones: os quod opinio conformetur sensui et non sensus opinionis: os patet ex duplice causa. Prima est ea in multis non potest haberi sensus verus in quibus potest haberi indifferenter opinio vera et falsa: ut per quantitatem solidis. nesciunt enim per visum poterit apparere tanta quantum sit. Ideo opinio vere intelligibilibus potest fieri falsa et conformari sensui falso. Ecce autem fieri non potest ex quo sensus falsus verificari non potest. Secunda causa est ea quod fantasia est motus factus a sensu sive actu et est similis illi ut post apparebit. Iergo opio debet esse de constitutionephantasiæ que conformatur sensui et assimilatur: os quod opinio trabatur ad modum sensus et efficiat illi conformis. Mater itaque quod fantasia non est opinio certa ex sensu neque sensus causatus ex opinione neque aggregatus ex opinione et sensu. quare tunc.

Ed quoniam accidit moto hoc moueri alterum ab hoc. Fantasia autem motus videtur esse: et non sine sensu fieri. Sed in his que sentiuntur et quoque sensus: est autem motum fieri ab actu sensus: et hunc similem necesse esse sensui erit utiquephantasia ipsa motus non sine sensu contingens. Neque enim sentientibus inesse: et multa est sive ipsam facere: et pati habens.

Dicit ergo quid estphantasia. et continet duas partes. in quibus prima ponit eius descriptionem. in secundo eam declarat. ibi: Et esse veram aut falsam. De prima ponit tale

descriptionemphantasiæ: quodphantasia est motus factus a sensu simili illi quam habens sive eam multa agit et paucum.

Dicit ergo: Sed quoniam est. i. contingit moto hoc. s. sensu a sensibili moueri alterum. s. virtutemphantasticam ab hoc. s. sensuphantasia aut mouus videtur esse et non sine sensu fieri. sed in his que sentiuntur et quoque sensus supponit estphantasia. Est autem. i. contingit motuphantasticam fieri quod ab actu sensus. i. ab eo quod est sensus actu. et hunc modum necesse est esse simile sensu. i. motu sensus erit varius in modophantasia contingens non sine sensu non potest in esse in sentientibus. Et hinc eam est. i. contingit multa facere et pati sive ipsam

Intelligendum primo quod A. x. hic describitphantasiam determinatam sive perfectam: quod patet. quia superius dicit non animalia haberephantasiam: quod de imperfecta veritate non habet. Capit enimphantasiam pro operatione et non per virtutem. quia sensitiva interior non est motus factus a sensu. sed eius operatio est talis motus quod sicut sensus mouetur a sensibilibus: sic sensus interior mouetur ab exteriori facto in actu. Et hic duo dicta colligi possunt ex commentatore commento. c. lx. Primum quidem dicit. Et imaginatio videtur esse virtus mobilis et passiva ab alio: et quod impossibile est ut sit sine sensu. sed est in rebus sensibilibus et in animalibus habentibus sensum perfectus. Vident ergo velle quodphantasia de qua est hic sermo solus inueniatur in animalibus perfectis. Secundum colligitur pax post dum dicit: Necesse est ut imaginatio in actu nihil aliud sit nisi perfectio istius virtutis per intentiones sensibiles existentes in sensu sive modum sive quem sensus perficiuntur per sensibilia que sunt extra animam. Et ista est notificantphantasiem per operationem. Deinde ponit notificationem eius per virtute dicens. Et supponit necesse est quod prima perfectio istius partis anime sit virtus que innata est se assimilare sensationibus que sunt in ipso sensu communi. Post subdit. Sed A. x. ppalauit in hoc sermone procedens. s. notificationemphantasiem per operationem et tacuit consequens. s. notificationemphantasiem per virtute sive potentia. quia est manifestum: et quia post declarabit ipsius. s. consequens modo perfectiori. ideo dimisit eum in hoc loco. Sitamen vellemus quod hic describereturphantasia per virtute per suam propriam operationem vi invit Albus: tunc deberet intelligi non in predicatione idem perfecta est causali. sic vixphantasia est motus et ceterum. i. virtus in qua est motus et ceterum. Sed expositio commentatoris melior appetit.

Intelligendum secundo quod Aristoteles hic perphantasiam capiendo per virtute intelligit unius communem ab imaginatione cogitatiam in homine et estimatiuam in brutis: quod patet. quia multoties dicit quodphantasia reservat species sensibilium: et hoc est opus imaginative. Aliquando autem dicit quodphantasia quedam est rationalis et quod est proprium motus sive locum simul cum appetitu et ita de aliis que sibi non competenter nisiphantasia comprehendere. Aliquid tanquam plicatum et prosequendum: aut tanquam non ciuum et fugendum. hec autem comprehensione est operatione propria cogitativa in hominibus et estimativa in brutis: ut ostendetur. Alterum enim est A. x. diminutus in determinando de virtutibus interioribus cum in nullo loco determinaret de cogitativa sive estimativa virtute. Possumus ergo dicere quod A. x. in precedenti capitulo determinavit de sensu communis: hic vix sermone determinat de imaginatione et cogitatia sive estimativa quasphantasiam appellat. De memorativa autem determinat in libro de memoria et reminiscencia. licet aliqui velint quod perphantasiem A. x. intelligit omnes virtutes interiores sequentes sensum communem. et per sensum sensus exteriorum simul cum sensu communis in quo eorum iudicia perficiuntur. Et sive hoc clara esset distinctionephantasiæ et cetera.

Intelligendum tertio quod ista descriptiophantasiæ ex tribus partibus integratur. Quarum prima est quod est motus

Secundus

factus a sensu fin actum: et per hoc differt ab operationibus sensuum exteriorum que non sunt a sensu sed a sensibili. conuenit autem cum operatione sensus communis et aliarum virtutum interiorum. Et cum dicitur quod est motus factus a sensu fin actum indiget haber qui est vel qui suum in actu: quia per species acceptas a sensu qui suit in actu potest imaginativa aut cogitativa operari nullo sensu protrunc in actu existente: ut patet in somniantibus. Nam postquam sensus exterior existens in actu immutauit sensum communem: et sensus communis imaginativa: et imaginativa cogitativa: et cogitativa memorativa. stat species sensibiles reseruari in imaginativa vel memorativa: nullo sensu exteriori pro tunc sentiente: ut in dubio patescat et ab illo moueri poterit cogitativa. Secunda particula descriptionis est similitus illi: et per hoc quod motus phantasie id est imaginativa et cogitativa vel estimativa sit a motu sensus: et illi est similis non solum quo ad obiectum representatum sed et quo ad modum reputandi qui est individualis differt a specie intelligibili et intellectione: que quia representant viuuer saliter non assimilant hoc modo motui sensus.

Tertia particula est fin quam animalia habentia cam multa agunt et patiuntur scilicet apprehendendo obiectum sub ratione conuenientis vel disconvenientis proficiunt vel nocui. et per hoc differt ab operatione sensus communis qui non apprehendit conueniens vel disconveniens et ab operatione memorativa que non est cognoscitiva. Ex quo patet quod phantasia pro operatione finis quod hic capitur est motus imaginativa et cogitativa virtutis vel imaginativa et estimativa. Sed posse hic aliquis dubitare: quia superius posuit Ar. differentiam inter opinionem etphantasiam dicens quod fin opinionem multum copatimur aut considerimus. et fin appetitum mouemur non autem fin phantasiam. sed sic sumus nos habentes sicut si in picturis aspireremus terribilia aut confidentia recte. hoc autem repugnat videtur illi quod hic dicitur quod fin phantasiam anima multa agunt et patiuntur. Respondetur quod habentes ut homines magis mouentur fin appetitum et agunt et patiuntur per opinionem que est sequens iudicium intellectus quod est phantasiam que est sequens iudicium sensus. et hoc voluit Ar. supra quoniam hoies ut plurimi non stant in determinatione phantasie: sed procedunt ad determinationem ipsius intellectus sed huius que non habent intellectum stant in determinatione phantasie capiendo phantasiam ut supra et fin ea in multa agunt et patiuntur. quare recte.

Cum esse veram et falsam. Hoc autem accidit propter hoc quod sensus propriorum quidem est verus: aut quod paucissimum habens falso. Secundo autem de accidere hoc et hoc iam contingit mentiri. Quod quidem enim album non mentitur. Si autem hoc album aut aliud: mentitur. Tertio autem communiter consequentium accidentia: quibus insunt propria. Dico autem ut motus et magnitudo accidentum sensibilibus: circa que est maxime iam decipi fin sensum et etiam fin phantasiam: quod non est propter aliud nisi quia phantasia quo ad veritatem vel falsitatem insequitur sensus.

¶ Adotus autem ab actu factus differt a sensu qui ab his tribus sensibus. Et primus quidem presentis sensus verus: alij autem presentis et absentis erunt utrumque falso: et maxime cum procul sit sensibile. ¶ Nam probat fin partem minoris. quod est phantasiam non sit sensus fin actus. sed phantasiam plus falsificat quod est sensus fin actus. quod est recte. Dic quod aut factus ab actu id est phantasia que est motus factus a sensu in actu differt a sensu qui est ab his tribus sensibus. quod est fin hos tres modos sentiendi. Nam secundum hos tres modos sentiendi ut sensibilia accidentia et circa differt phantasiam a sensu: ga in oibus illis plus falsa est phantasiam quod est sensus. unde et prius quod est sensus quod est sensibili per accidentem et circa est utrumque falso respectu obiecti patitur: semper erit verus. Alij autem sensus qui sit sensibili per accidentem et circa est utrumque falso respectu obiecti patitur: semper erit falsus. Ettac super pleaf vero quod est sensus et propinquas obiecti faciunt ad vitatem cognitionis. absentia vero et longinqua faciunt ad eius falsitatem: cum per phantasiam comprehendamus obiecta absentia et ad magis longinquam distantiam per sensum. ideo phantasiam plus falsificatur quod est sensus.

¶ Siquidem igitur nihil alium habent que dicta sunt nisi fantasia: hoc autem est quod dictum est. Fantasia utrumque erit motus a sensu secundum actu factus.

Hic ponit conclusionem dicens. Si quod est igitur nihil aliud habet ea que dicta sunt de phantasia. hoc autem est quod dictum est ut quod est phantasiam verificatur et falsificatur fin veritatem et falsitatem sensus in actu: et quod ab eo deficit in veritate phantasiam utrumque erit motus a sensu facta fin actum. Intelligendum est quod fin communis. comento. c. lxii. quod contingit ut in imaginatore accidente utrumque et falsum cum sit motus a sensu qui est in actu et hoc quod narrabo de hoc quod accidit in sensu. Sensus. n. quidem est verus in maiori parte: et est sensus quod est rex proprius ubi gratia. hoc est album aut nigrum et quidem est falso in maiori parte. et est duobus modis scilicet sensus sensibilium

Declarat descriptionem phantasie. et primo quo ad priam partem. secundo quo ad alias duas ibi. Quoniam autem visus. De prima Ar. probat quod phantasiam est mox factus a sensu fin actum per hanc rationem. Omne illud quod verificatur et falsificatur fin veritatem et falsitatem sensus in actu: vel est sensus in actu vel est motus et effectus causatus ab eo. sed phantasiam verificatur et falsificatur fin veritatem et falsitatem sensus in actu et non est sensus in actu ergo est motus factus a sensu fin actum. maiorem non probat Ar. quia est de se manifesta. Sed minorem quo ad pri-

Liber

accidentalium. verbi gratia q̄ iste albus est. Sunt etiam sensus sensibilium coius. verbi gratia: quāitas et modus quoniam in his duobus modis sensibiliū cadit error et cū ita sit: necesse est ut imaginationi accidat de hoc illud qd accidit sensu et plus tē. Elementum est clax et dictis.

Intelligendum secundū fīm Egidiū q̄ due sunt causae propter quas plus falsificatur fantasía qz sensus. Prima est quia phantasia causatur a sensu et maior accidit de seclusus in effectu qz in causa. Secunda est quia sensus nō comprehendit sensibilia nisi in presentia. fantasía autem comprehendit sensibilia in eorum absentia sīn quem modum maior accidit falsitas non solum respectu sensibilium per accidens vel communium: sed etiam respectu sensibiliū p̄ priorum. Et cum dicitur supra q̄ sensus p̄ priorum semper est verus intelligitur stantibus debitis conditionibus: quia aliqua carum deficiēti ipsum falsari contingat: ut hic inuitat dicitur.

CQuoniam autem visus maxime sensus est: et nomen a lumine accepit: quoniam sine lumine nō est videre. Et quoniam imanent et similes sunt sensibus: multa sīn ipsos operantur animalia. Illa qui dem quia non habent intellectum ut bestie. Elia vero ex velamento intellectus aliquando passio et egritudine: aut somno ut homines. De fantasía quidem igitur quid est: et ppter quid est dictum sit intantum.

CHic declarat alias duas partes distinctionis fantasie: scilicet motus similis motui sensus et q̄ sīn eam animalia multa agunt et patiuntur. Et quia primo est clara ex dictis nam ex quo modis fantasie sit a sensu in actu sive a motu ipsius sensus et effectus sue cause assimilatur saltem ppter quia sequitur motum fantasie motu sensus assimilari. Ideo instat dicitur. in declaratione alterius partis que ē magis dubia premitendo primo causam ppter quam fantasie est sic nominata dicens: Quoniam autem visus ē maxime quia perfectissimus inter omnes et nomen a lumine accepit ipsa fantasie: quoniam sine lumine non est videre et quoniam imanent et perseverant motus fantasie et sūt similares sensibus id est motibus factis in sensu animalia in quibus illi motus sunt multa operantur sīn ipsos motus fantasie. Alia quidem quia non habent intellectus ut bestie: alia vero ex velamento intellectus aliquando passione id est animi et ira vel gaudio: aliquando egritudine: et i freno: et aliquando somno: ut homines. De fantasía qui dem igitur quid est dictum est intantum. Intelligendum primo q̄ phos apud grecos idem est q̄ lumen: et quia ī lumine omnia apparent visui qui est perfectissimus sensus et phos derivatum est phanox: quod idem est q̄ apperitus. Phantasia ergo quia dicitur a phanox quod est apparitione a lumine dicitur nomen sumptus: et sumendo nomen a lumine sine quo nihil videt visus dicitur ex consequenti etiam habuisse nomen a visu. Intelligendum secundū q̄ quia animalia magis operantur sīn iudicium virtutis superioris qz inferioris cuz intellectus sit superior ad fantasiam si animalia aliqua operantur sīn phantasiā et nō sīn intellectum. Hoc ex duplice causa accidere potest. prima si talia animalia non habent intellectum ut bestie. Secunda si habeant eum velatum et impeditum ut homines et hoc tripliciter potest contingere. primo fortis passio ani mī: ut iratim or vel huiusmodi. nam contingit aliquis esse taliter iratum ut scire nihil intelligat. Secundū hoc continere potest ex egritudine ut quia est ebrios vel freneticus nam patientes tales egritudines magis per phantasiā mouentur qz per intellectum. Tertio hoc potest contingere somno in quo ut plurimū ligatur intellectus et viger phan-

tasia. **A**d clariorē intelligentiā et complementū supius dicitur dubitandum videtur de numero sensuum interiorum et diversitate suarū operationū et distinctione obiectorum suorum: in qua materia et hī varie apud modernos repertarē opinio nes: quia tamen antiqui in ea melius senserūt: ut ad opiniones ipsorum ne transferā declarando quid in hac re senserūt bretes clarissimi viri. s. Auerrois Aquicenna et maistri Alberti posterior: illis omnino tamen aliqua ad omnes illos opiniones vulta. Et primū quidem est q̄ virtutes sensitivae sunt duplices quedam enim sunt apprehensiones de scissis: et quedam sunt apprehensiones de unitis. Ille dicuntur apprehensiones q̄ē immediate a sensibilibus immuantur non precedingē imitatione alterius sensus que eadem cā dicuntur sensus exteriores dicitur etiam sensus p̄ticularēs quia quāq̄ eaz determinata est ad cognoscendum tantum unum genus sensibilium proprium: ut visus ad cognoscendum solum colorē: auditus solum sonum: et ita de aliis. Et iste sunt quinq̄ de quibus diuisim in proprijs capitulis in prae determinatione sīn scilicet visus auditus olfactus gustus et tactus. Ille vero dicitur apprehensiones de unitis que non immediate immuantur a sensibilibus sed precedente imitatione alterius sensus que ex eadem causa dicitur sensus interiores: et has Aquicenna appellat virtutes occulte comprehensivias priores autem manifeste comprehendentes: et de his tractavit dicitur. in duobus capitulis immediate precedentibus. **S**ecundū premitendo sīn Albertum q̄ forma sensibilis aliud esse habet in corpore sensibili: et aliud in anima aut virtutib⁹ aut organis eius. Nam ī corpore sensibili habet esse naturale: in anima vero habet esse abstractum sīn q̄ ē eius cognitione sensibilis aut intelligibilis aut species tali cognitioni immunitate delerens hunc autem abstractionis forma sensibilis quartuor gradus repertur. **P**rimus est q̄ forma abstrahatur a materia: sed non abstrahitur a presentia materie nec ab eius appendicis: et hoc modo habet esse forma sensibilis in sensibus exterioribus et in sensu communis qui recipiunt species sensibilium sine materia cum hoc omni sensui hec commixta: sed tamen non recipiunt nisi cum presentia materia quia non nisi presente sensibili et cum conditionibus sine appendicis materie que sunt hic et nunc et reliqua huiusmodi. **S**econdus gradus abstractionis est q̄ forma abstrahatur a materia et ab eius presentia sed non ab appendicis materie. et hoc modo non reperiatur forma in virtute imaginativa que recipit species sensibilium in ipso et absens. **T**ertius gradus abstractionis est dum virtus apprehensiva ex specie formae sensatae elicet specimen intentionis non sensatae per sensum exteriorem sicut dum estimativa ovis ex cognitione coloris lati motus figure et reliquis huiusmodi sensibilibus etiam speciem intimacitudo indicando ipsum minime et fugiendum: et ita de alijs. **Q**uartus et ultimus gradus abstractionis est dum forma abstrahatur a materia et eius presentia et eius appendicibus: et hunc modum abstractionis habet forma in intellectu qui solus inter anima vires recipit universaliter: ut in tertio patet. **T**ertio premitendo q̄ eorum que cognoscuntur per sensum interiorum quedam dicuntur forme sensatae: et quedam dicuntur intentiones non sensatae. Forme sensatae sunt sensibilia propria et coia que per sensum exteriorem cognoscuntur. Intentiones autem non sensatae sunt quedam proprietates que inueniuntur in individuis substantiis sīn cum sensibilibus formis et non cognoscuntur per aliquem sensum exteriorem: sed bene possunt cognosci per aliquem ex sensibus interioribus sīn cum formis sensibilibus: ut post ostenderit. huiusmodi autem sunt bonitas et malitia: amicitia inimicitia: paternitas filio: mansuetudo filiatio: quando ubi: et reliqua huiusmodi.

reiori, secundum huius celestis destruendae huius imperii de suo de alijs etiuncula sententia dicitur quod sunt huius de
fus iusti spiritus cogitatio medicina faciens remissiones qd ipsius spiritus ita sunt nisi calamus qd si non recte per
misereretur operarios sensim: id est post leprosum ne habeat operarios qd definis es tempore mundus.

Secundus

Quarto p̄mittendim q̄ non est eiusdem virtutis organice bene recipere species: t̄ eas bene conseruare: qm̄ ad b: c q̄ talis virtus sit bñ receptiva sp̄ez regis dñi in humiditatibus super seccitatem in complexione sui organi q̄a hñdi est bene recipere passiones lz eas male retineat: vt patet in aere t̄ aqua t̄ confumilibus. Sed ad hoc vt virtus talis sit bene conseruativa requiritur econsumus dominium secundatis super humiditatem: quoniam secum s̄z cum difficultate recipiat cum tamen receptor dñgus retinet: vt p̄z in lignis lapidibus t̄ huiusmodi. **Mis** p̄missis dicendis finis Averrois vt infra patet in commento sexto tertii dñia: q̄ quatuor sunt virtutes sensuive interiores. Prima ē sensus cois sic dicitur non quia sit communis finis p̄dicationis sed quia communis est finis imitationis cum recipiat imitationē omnī sensibilitati cuius opatio est cognoscere omnia sensibilitati sensuū exteriōrum t̄a p̄pria q̄ communia t̄ posse inter ea conuenientiam t̄ differentiam t̄ cu hoc cognoscere sensationes sensuū exteriōrum vt patuit supia in capitulo p̄prio. Et hic sensus non conservat species cessante eius cognitione cuius sedes est medietas anterior p̄mī ventriculi cerebri. Secunda virtus interior est imaginativa que non est cognoscitiva. sed habet reservare species sensatorum per sensum communem in ipso q̄ absentiat cessante eius cognitione: quod non facit sensus communis. t̄ hac de causa dicitur thesaurus formarum sensibilium cuius sedes ē posterior medietas primi ventriculi cerebri. Tertia est virtus cogitativa in homine t̄ estimativa in bruis que ex speciebus t̄ cognitione formarum sensatarum elicet species t̄ cognitionem intentionis non sensatarum vt ex cognitione huius coloris Sortis buius magnitudinis t̄ figure t̄ aliorum eius sensibiliū p̄prio t̄ communū perueniū in cognitionē sue amicis sue filiationis t̄ mansuetudinis t̄ reliquo talium. t̄ hec virtus est illa que coponit formas cu formis aut intentiones cu intentionibus: aut intentiones cum formis iudicandū hoc album esse: hunc amicum esse: hunc serile: aut hoc album esse: hunc filium: et ita in aliis: cuius sedes est medius ventriculus cerebri. Cogitative autem virtuti multa alia valde notabilia attribuit commentator in pluribus locis eius excellentiā declarantia: de quibus ab eo a volente queratur in propriis locis. Quarta t̄ virtus est virtus memorativa cuius est reservare species non solum formarum sensibilium sed etiam intentionis non sensatarum cum differentia p̄teriti temporis in eis absentiat cessante omni cognitione: quod non facit cogitativa. quia nō est eiusdem virtutis organicae bene recipere t̄ bene retinere: t̄ huius sedes est posterior ventriculus cerebri: t̄ appella ta est thesaurus intentionis non sensatarum: t̄ est solus reseruatus. Sunt ergo finis Averrois quatuor virtutes interiores: dñe cognoscitivū solū ut sensus communis t̄ cogitativa vel estimativa: t̄ aliae dñe solum reservative t̄ nō cognoscitive vel imaginativa t̄ memorativa. Ex quo sequit q̄ cognitiones que sunt in actu memorati vel reminiscendi aut que sunt in somniatis lz s̄nt per species reservatas in memorativa vel imaginativa: sunt tamen sensatores cogitative vel estimative virtutis autem sensus communis Dñz autem sicut species reservatae in memorativa possunt mouere cogitativam sic species in cogitativa existentes possunt mouere imaginativā: t̄ ille que sunt in imaginativa possunt mouere sensum communis: difficultas est non parua. Quidam enim tenent q̄ sic itmo quod plus est volunt q̄ species existentes in sensu communis vel organo eius possunt imitare sensus exteriōres t̄ consequenter q̄ sensus communis t̄ sensus exteriōres finis talem imitationē reflexam possunt sentire sensibilita in eis absentia: quoniam hoc facere non possent finis imitationem rectā immediate a sensibilibus pronementem. Et finis hoc salvant

qualiter dormientes non facta perfecta opillatioē in mea tibus cerebri possunt per sensus exteriorēs sentire et opera vigilantium exercere. Ego tamen puto q̄tutius sit tenere oppositum: quia si species existentes in organo cogitatue posset mouere imaginatiuam cum in organo cogitatue sit species intentionis non sensatae imaginatiua il lam recipere posset: immo nulla species esset in memoria, tamen quia sibi similis esse posset in imaginativa. et ita posset imaginativa cum differentiā preterit reseruare: quod non est concessum. Dicendum etiam est q̄ sicut sensus exteriorēs non componant nec dividunt: sic nec sensus communis sed iudicat album dulce vel album non amarum. et ita in alijs absq; copula verbali. Logitativa autem videtur non solum componere et dividere sed etiam ratiocinari circa individua sicut intellectus circa universalia: licet quidam velint q̄ solus intellectus sit componere et dividere et discurrere de propositione ad propositionem. Logitativa vero vel estimativa discurrit non formando propositiones: vt fortis amicus. ergo inuitus Plato in meus ergo noxius. Nec addere volui ad bonitatem doctrine. A unicenna autem has virtutes quinque esse facetur: quarum prima est. Sensus communis et in hac conuenit cum priori opinione. Secunda apud eum est fantasia que est solum reseruatus formarum sensatarū eo modo quo apud sensum fuerunt sicut precedens opinio dicit de imaginativa. Tertia est virtus que vt ei impar estimativa: vel vt ipsam etiam operationem peruenit operationem appellatur imaginativa: vt autem ei imperat intellectus dicitur cogitativa. et hec virtus est cognosatisa sensatorum per sensum communem et signata componere et in monte aurum seu smaragdinum et cocrum et reliquias huiusmodi. Quarta virtus est estimativa que non solum cognoscit formas sensatas: sed etiam intentiones non sensatas componendo et dividendo: vt in priori positione dicebatur de cogitativa. Etharum duarum virtutum locus est medius ventriculus cerebri inter quas est duplex differentia. Prima quia hec ultima cognoscit intentiones non sensatas quas precedentes non cognoscit. Secunda quia ad huiusmodi apprehensionē sequuntur indicia s̄m. q̄ non solum bestie: sed etiam homines plerunque regunt in operationibus suis indicando hoc esse virile et psephenium: illud vero noxiū et fugientium ultimū esse filium diligendum illum vero inimicum et odiendum. et ita de aliis. Ad apprehensionem autem prioris talia indicia non sequuntur. Quinta est memorativa cuius operatio et sedes est: vt dictum est supra. Albertus vero licet has virtutes dicat esse quinque: non tamen omnino conuenit cum Aunicenna. Prima igitur s̄m ipsam est sensus communis et in hac conueniat omnes. Secunda est imaginativa que non solum reseruat species formarum sensatarum dato q̄ non sit in presentia: sed etiam eas cognoscit et maior est eius bonitas in retinendo q̄ in recipiendo. Contra vero sensus communis malor: est bonitas in recipiendo q̄ retinetudo. Tertia virtus est estimativa que solum non formas sensatas: sed etiam ex eis elicit intentiones non sensatas indicando istum esse filium et ei esse miserendum illū esse inimicum et ab eo esse fugientium: hoc esse proficuum et prosequendum illud noxiū et fugientium. et ita de aliis propter quod hec virtus non solum est cognosita: sed etiam motiva s̄m locum et has tres virtutes dicit recipi in quolibet animali babeat unum vel plures de sensib; exteriorib;. Quarta virtus est phantasia cuius opus est componere formas cum intentionibus et formas cum formis et intentiones cum intentionibus: quod ad duos finis ordinat. Unū est maior cognitione particulari q̄ sibi potest alia sensitiva in qua per affirmationem vel negationē hoc

iudicatur esse hoc et hoc iudicatur non esse illud. Alius si nis est opus circa particularia taliter cognita eligendo vnu et refutando aliud. Et hec virtus reperitur solum in animalibus perfectis sicut quā multa ex eis per modum artis faciunt casas et sibi pudent de nutrimento per longam tempus, et ita de aliis. Quinta est virtus memorativa de qua dictum est supra. Et sicut Albertum tres sunt interiores virtutes tantum cognoscitiae, scilicet sensus communis, estimativa, et fantasie, et una tantum reservativa, scilicet memorativa, et una cognoscitiva et reservativa et illa est imaginativa. Et in hoc sit finis huius libri secundi.

Bratis altissimo deo qui huic scripto Baetani super secundo libro de anima sicutem imposuit.

Incipit exposicio clarissimis celeberrimi philosophi Baetani Thienensis super tertio libro de anima. Auctor philosophorum principis grecorum sapientissimi.

Eparte autem anime qua cognoscit anima et sapit: sive separabilis existente sive non separabili sicut magnitudinem: sed sicut rationem; considerandum quam habent differentiam: et quomodo quidem sit ipsum intelligere.

Iste est tertius liber de anima in quo Auctor determinauit de vegetativo et sensitivo. Nam prosequitur determinando de aliis duobus gradibus animatoꝝ, scilicet intellectivo et sicut locum motiuꝝ, et sicut hoc continet hic liber duos tractatus in quorum primo determinat de potentia intellectiva, in secundo vero de potentia sicut locum motiuꝝ, ibi incipit tractatus secundus Quoniam autem anima sicut in duas, unde licet sicut locum motiuꝝ sit communis et prius quam intellectivus: quia in motu sicut locum non puenit potentia sicut locuz motiuꝝ nisi per quanto dirigitur in operando per appetitum et intellectum practicum ut post apparebit. ideo prius determinat de potentia intellectiva quam de potentia sicut locum motiuꝝ.

Primum tractatus dividitur in sex capitula, in quorum primo notificat intellectum possibilem per comparationem eius ad sensum, in secundo determinat de obiecto intellectus possibilis, in tertio determinat de intellectu agente ostendendo eius necessitatem, in quarto determinat de operatibus intellectus possibilis, in quinto notificat intellectum possibilem per comparationem ad fantasmatam a gibus motorum, in sexto facit recapitulationem prius dictorum. secundum capitulum incipit ibi Quoniam autem aliud est magnitudo tertium incipit ibi Quoniam autem sicut in omni natura quartum incipit ibi Indivisibilium quidem igitur intelligentia, quantum ibi. Dicitur autem sensibile ex potentia existente, sentium ibi. Nam autem de anima. Primum capitulo dividitur in duas partes, in quax prima Auctor promittit intentionem suam, in secunda prosequitur ibi secunda. Si igitur intelligere. De prima intendit quod de parte anime intellectus sive separetur ab alijs anime partibus subiecto ratione sine ratione tantum sunt duo consideranda principiter. Primum est quomodo differat intellectus ab alijs partibus anime, secundum est qualiter fiat ipso intelligere quod est operatio eius. Dicit ergo de parte ante anima qua cognoscit anima et sapit sive separabilis existente sive non separabili sicut magnitudinem, scilicet ab alijs partibus anime: sed solum sicut rationem et distinctionem considerandum est: quam habet differentiam ad alias anime partes: et quomodo quod sit ipsum intelligere. Intelligendum primo quod multipliciter aliquae dicuntur partes anime. Uno modo dicuntur aliquae partes anime essentiales quomodo vult co-

mentator ut postea patet quod intellectus agens et intellectus possibilis sint due substantiae indivisibiles et eterne essentes aliter constituentes animam intellectuam. Secundo modo dicuntur aliquae partes animae potentiales sicut quod in omnibus communiter dicitur quod intellectus agens et intellectus possibilis sunt partes anime intellectus potentiales: quia naturales potentiae ab eius essentia manentes. Tertio modo dicitur pars anime de parte eius subiecta sicut anima intellectuam dicit pars anime in communione, et quodlibet hominum modorum potest sumi pars aie in proprio sicut varias opiniones. Intelligendum secundo quod Auctor per partem aie qua cognoscit et sapit intelligit partem anime intellectuam, et per cognoscere intelligit cognoscere practicum, per sapere vero cognoscere speculativum. Sed in translatione quam commentator exponit dicit textus cognoscit et intelligit ubi dicit commentator commento primo. Et videtur quod intendebat hoc per cognitionem speculativam, et per intellectum: cognitionem operativam: cum intellectus, scilicet operabilium sit communis omnibus: cognitione autem speculabilium non. Alij dicunt quod per cognoscere intelligi apprehendere, per intellectum, per sapere vero iudicare quod sequitur ad eius apprehensionem. Alij dicunt quod per cognoscere intelligi apprehensionem simplicem, per sapere vero apprehensionem compositam sicut affirmationem et negationem. Et posset addi exposicio quarta quod per cognoscere intendit noticiam principiorum, per sapere autem noticiam conclusionum et quod vellet est tolerabilis. Intelligendum tertio quod dicit sive separabili existente sive non propter opinionem Platonis qui posuit anime partes sive potentias in eis individuo ab initio diffire non solum sicut essentiam et distinctionem: sed etiam sicut subiectum ponendo intellectuam in cerebro: concupiscentiam in corde: nutritiū in epate et ceteris, ut alias fuit ostensum. Vult ergo Auctor quod sive illa opinio Platonis sit vera sive non: quod illud non facit diversitatem in proposito quoniam semper de parte anime intellectuam sicut illa duo consideranda, scilicet qualiter differat ab aliis anime partibus et quomodo fiat ipsum intelligere. Intelligendum quarto sicut commentator commento codem quod necesse est ut virtutes diuersae in his duobus diuersentur, scilicet in prima et ultima perfectione et in actione et passione propria: et cum in his duabus fuerint diuersae: manifestum est quod necesse est ut diuersitatem in qualitate actionis si fuerint actiue: aut passionis si fuerint passiue: aut vitroque si fuerint vitroque, et per diuersitatem virtutum in prima punctione intelligi diuersitatem eorum in essentia, per diuersitatem autem in ultima perfectione intelligit diuersitatem carum in operatione, scilicet in actione aut passione propria. Et si fuerint diuersae in actione aut passione et diuersificabuntur in modo agendi a patiendi: quia aliter agit calidum et aliter frigidum: aliter patitur quod rarefit et aliter quod condensatur. Auctor ergo intendit inquirere de potentia intellectiva qualiter differat a virtute sensus et imaginationis in prima perfectione et in secunda, scilicet in passione propria cum eius operatio in passione consistat. Si igitur est intelligere sicut sentire aut pati aliquid utique erit ab intelligibili: aut aliquid huiusmodi alterius impossibile ergo est: susceptiuū at spei et potentiae huiusmodi: sed non hoc. Et similiter se habere sicut sensituū ad sensibilia: sic intellectum ad intelligibilia.

Prosequitur de intentio: primo ostendendo qualiter intellectus differat a sensu comparando intellectum ad sensum: et continet duas partes: quia primo comparat intellectum ad sensum sicut convenientiam: secundo sicut differentiationem ibi Unde neque misceri. Prima iesus in duas sicut duas convenientias ponit inter intellectum et sensum, ibi secunda. Ne cesset est itaque. Prima convenientia intellectus ad sensum est quod sicut sentire quod est propria operatio sensus non est proprium pati: sed est aliquid simile passioni, sic intelligere quod est

Certus

propria operatio intellectus possibili de quo hic determinatur non est proprie pati. sed est aliqd filie passioni. Dic itaqz si pro qz intelligere est sicut sentire, aut intelligere utriqz erit aliquid pati ab intelligi aut erit aliqd huiusmodi alterz. sed filie passioni; et qz sic est qz intelligere non est pro pte pati. sed est filie passioni. Ita subdit impassibile qz opz. sed ipm intellectu: suscepimus aut speciei. sed intelligibilis: et potentia huius speciei. sed receptiva. sed non hec. id est se non habet actu aliquam spem: et qz sicut se habere sicut sensum ad sensibilia: sic intellectum ad intelligibilia. Intelligendum primo qz dicitur ostendere qz intellectus possibilis est virtus passiva. Et qz prius huius pricerutatiois estare in qz genere est intelligere: ut dicit p. m. cometo. iij. tunc prius invenitur ut intelligere sit passio sicut sentire an actio: et qz est passio ut sit cu trahitudo ut est passio sensus: aut non.

Eti soluendo ad ista vult qz intelligere sit receptione tm. id est passio pfectiva absqz trahitudo que sit cu abiectio costraj: qz est qz intellectus non est corpus nec virtus in corpore. sensus aut qz est virtus in corpore: potest pati non soluz per se: cu huius corruptio. qz excellens sensibile corruptum se. sum: ut superiorius fuit ostensus. In hoc ergo huius dicitur est conciencia inter intellectus et sensus: qz sicut sensus non huius de se aliquam spem sensibile est, et potest passiva ad recipiendum cas ab obiecto sensibili et tentare si est ppric pati scilicet corruptio. sed est filie. qz est pati pfective. sic intellectus possibilis non huius de se aliquam spem intelligibilem. sed est in potentia passiva ad recipiendum eas ab obiecto intelligibili: et intelligere non est ppric pati. sed corruptio. sed est filie qz est pati pfective: id dicitur dicitur qz impassibilem qz ipm esse intellectus qd intelligid de passione corruptio: et ex hoc insinuat in actio esse drama inter intellectum et sensum: ut dicit p. m. qz intellectus non accedit trahitudo corruptio ab intellecto: qz non est virtus in corpore: sensus aut bene accedit trahitudo corruptio a sensu. qz est virtus in corpore. Anomodo vero intellectus debet sensum esse virtutem in corpore: et non intellectus p. m. apparet. Intelligendum hoc secundum p. m. cometo tertio quod illa particula: et sicut se habet potest dupl. r. introduci. Prior ut sit sic inclusio ex precedebit inclusa. Secundo ut p. m. confirmetur p. m. scilicet: et se habet per modum principij. v. qz cum intellectus sic se habeat ad intelligibilia sicut sensus ad sensibilia: et sensus non corruptum a sensibili pportione: et est susceptivus spem sensibili nullam habens de se actu. qz similiter intellectus non corruptum ab intelligibili: et est susceptivus spem intelligibili nullam de se habens in actu: et tunc in sermone erit traspositio. Et subdit p. m. qz est manifestus p. m. aut p. m. qz intellectus huius p. m. p. m. scilicet ad intelligibilia sicut sensus ad sensibilia: et qz hoc est qualis p. m. ad sciendum ipm esse non passiuus neqz transmutabilez. sed corruptio.

¶ Necesse est itaqz quoniam omnia intelligit in mixtum esse sicut dicit Anaxagoras ut imperet. hoc autem est ut cognoscatur delpectum: intus apparet phibebit extraneum: et obstruet. Ponit secundaz puenitiam inter intellectum et sensum: et dividit in duas. Prior facit hoc. Secundo plaudit ex dictis natura possibilis intellectus: ibi. Quare neqz ipsi. Secunda conciencia intellectus et sensus est: qz sicut qz sensus esse denudatus ab omnibus formis sensibilius: ut possit oes illas cognoscere: sic qz intellectus esse imixtus in materia, et denudatus ab omnibus formis materialibus. vi posse qes formas materiales cognoscere: ideo dicit. Necesse est itaqz quoniam intellectus possibilis oia materialia intelligit ipsius mixtum esse. id est inmaterialem sicut dicit Anaxagoras: sed Anaxagoras dicit ipm esse inmaterialem: ut imperet omnibus materialibus. Hoc aut est id est ideo est inmaterialis ut cognoscatur omnia materialia: qz si esset materialis: tunc

intus enim apparet. id est forma materialis in eo existens p. bibebit extraneum. id est aliam formam materialem in eo recipi: et obstruet. id est impedit ei cognitionem. Intelligendum primo qz d' alio intellectu loquebatur Anaxagoras et de alio hic determinat dicitur. Nam anaxagoras loquebatur de intellectu diuino: ponetur. n. unum chaos cōfusus pcessisse mundum generationem: et quod deus sequestrando eni ex illo chaos mundum generavit. Ut ergo intellectus diuinus p. dominaret omnibus materialibus ipm posuit peritus inmaterialem. Aristoteles autem hic determinat de intellectu humano: et vult ipz esse inmaterialem. id est non organicum neqz educatum de potentia materie: ut omnia alia materialia intelligere possit. Et qz oportebat intellectu humanum esse: immixtum et inmaterialem ad hoc qz intelligat oia materialia: dicitur. Clarus Egidius tripliciter hoc ex parte rex cognitaz: nam si intellectus esset materialis: tunc semper materia habeat de terminare et particularizare formaz: tunc intellectus vel determinaret ad certum genus cognoscibilium: vel saltem impediret ne possit oes materiales formas cognoscere si cut patet in visu tacu et reliquis huiusmodi. Nam visus qz est materialis determinat ad genus coloris inter omnia sensibilia p. pria: qz non nullum colorem in suo organo habet non ipse a cognitione aliquius coloris. Tactus vero quia similitudin in media proportione tangibilius qualitatibus non solu determinat ad tangibilia. sed etiam impediret ne omnia tangibilia cognoscere possit: qm similiter calidum et similiter frigidum non potest cognoscere. Eodem modo si intellectus esset virtus materialis: vel determinaret ad determinatum genus formaz materialium cognoscendam vel saltem impediret ne omnes materiales formas possit cognoscere. Secundo idem ostendit ex parte modi cognoscendi ipsius intellectus: quoniam si intellectus est in materiali non recuperet nisi individualiter cu hic et nunc: ex quo individualiter ratione materie: et per consequentes non cognoscere nisi singulare. Omnis saltem: qz nos ponimus differentiam inter singulare et universalitatem. ergo p. alioz unam virtutem utrumqz cognoscimus. ut patet ex dictis in capitulo de sensu comuni: et non nisi per intellectum. ex quo sensus est solum singularium. ergo intellectus cognoscit universalitatem. Tertio idem declarat ex parte potentie cognoscens: qz intellectus est in corruptibili: ut p. m. ostendetur: et patet etiam qz sicut obiectus p. p. m. s. universaliter est in corruptibili. sed omnis virtus materialis est corruptibilis ergo tecum. Intelligendum secundo qz hic reperit duplex tria cadem tamen sententiam continet. Una dicit intus apparet. n. phibebit extraneum et obstruet: et huic concordat translatio antiqua: et sic exposita fuit. Alia. n. dicit despectum apparet phibebit extraneum et obstruet: quia continuando cum precedentibus ponit Albertus dicens qz intellectus possibilis est immutus: ut cognoscatur omnis despectum ab ipso. despectus vocat id cuius forma non isomatur. Tercia. n. formas omnes despiciunt intellectus tanqz indignas sibi quasi prohibentes ipm intelligere. Si. n. est aliquia forma informata ad hoc qz esset hoc aliquid: tunc hoc ipm phibebet ne appararet ei in cognoscendo alienum et contrarium ab illa forma et impidiret omnis rei cognitionem que obiectum qz contrarium et diversum ab illa forma recipi in eo non possit: et qz neqz contraria neqz disputa possunt esse in eodem. et id quod inesse ei non haberet in potentia: et id si esset aliqua forma mirra impidiret ne potest intelligeret omnia materialia. Hec sunt verba cu in quibus non multus dicitur a commentatore cometo. iiiij. dum dicit loquendo de intellectu possibili. Necesse est ut sit non mixtus corporibus: neqz corpus ut comprehedat omnia et recipiat ea. Si. n. fuerit mixtus: tunc erit aut corpus aut virtus in corpore. et si fuerit alioz isto duorum habebit formam p. p. m. que impedit cum recipere aliquia formam alienam tecum. Sicut igitur

Liber

si oculus haberet aliquem colorem per illum impediretur
 ne recipere colores, alios realiter et spiritualiter, et ex con-
 sequenti non posset illos cognoscere cum omnis huiusmo-
 di cognitionis sit per receptionem. sic si intellectus haberet
 in se aliquam formam materialem sibi propriam per illas
 impediretur a receptione reali et spirituali et ex consequen-
 tia cognitione aliarum formarum materialium, et idem sequi-
 tur si intellectus ponatur talis forma materialis. In/
 tellegendum tertio finis commentatorem commento codem:
 quod et hoc declarauit duo de intellectu possibili. scilicet esse
 in genere virtutum passiuarum et ipsum esse non trans-
 mutabilem scilicet corruptibilem: quia neque est corpus neque
 virtus in corpore, et hec duo sunt principia omnium que
 dicuntur de intellectu, et primum sic confirmatur: Omnis
 virtus que mouetur ab eo cui attribuitur idest ab obiecto
 respectu cuius operatur est passiva, sed intellectus est hu-
 iusmodi cum moueatnr ab intelligibilibus, ergo intellectus
 est virtus passiva, patet consequentia et maior, quia hec
 est differentia inter virtutes activas et passivas: quia acti-
 ve mouent illud cui attribuitur idest suum obiectum, pas-
 sive autem mouentur ab eo cui attribuitur idest a suo ob-
 jecto. minor etiam patet, quia intellectus mouetur a rebus
 intelligibilibus mediatis intentionibus imaginatis:
 quas communiterphantasmata appellamus: sicut sensus
 mouetur a sensibilibus: quia tamen res intelligibles non
 mouent intellectum possibilium nisi mouantur ab intelle-
 cto agente qui auferat eas a materia faciendo potentia
 intellectus actu intellectu. ideo anima intellectiva est activa
 et passiva. nam finis quod intellecta mouent eam est passiva.
 Sed secundum quod intellecta mouentur ab ea est actius.
 Quare necesse est ponere in anima rationali has duas dif-
 ferentias scilicet vi et actionis: et est intellectus agens
 qui ad intellectu actioni concurrens: et virtutem passi-
 vis et est intellectus possibilis qui ad eam passim concurrens
 et utraq; harum virtutum est neque generabilis neque cor-
 ruptibilis ut post apparebit. Intelligendum quarto se-
 cundum commentatorem codem commento: quod hoc p-
 bat quod intellectus possibilis non est corpus neque virtus in
 corpore ex quo postea habetur quod ipse non est transmuta-
 bilis proprie: cum omne tale sit corpus vel virtus in cor-
 pore. Et ista demonstratio hoc fundatur super duabus
 propositionibus. Quarum prima est quod in intellectu mate-
 rialis sicut possibilis recipit omnes formas materiales scilicet
 spiritualiter quantum ad species ipsarum: quod pa-
 tet ex quo omnes cognoscit. Secunda est quod omnes recipi-
 ent aliquid necesse est ut si denudatum a natura recepti et ut
 sua substantia non sit substantia recepti in specie. Nam si
 recipiens esset de natura recepti: tunc recipere se et mo-
 uens esset motum. unde recipiens colorum oportet esse si alio
 ne colore, et ita de aliis. Ex his propositionibus argui-
 tur sic. Omne quod est corpus vel virtus in corpore ha-
 bet aliquam formam materialem: quia corporeitas et vir-
 tus in corpore sunt forme materiales. sed intellectus possi-
 bilis nullam habet formam materialem. ergo nec est cor-
 pus neque virtus in corpore. minor probatur: quia intel-
 lectus possibilis recipit omnes formas materiales. sed om-
 ne recipiens est denudatum a natura recepti. ergo intel-
 lectus possibilis est denudatus ab omnibus formis mate-
 rialibus. quare et. Sed hic dubitatur utrum omne reci-
 piens sit denudatus a natura recepti in specie: ut asservet
 commentator esse de intentione hoc. Arguitur quod non. pri-
 mo quia unus oculus recipit seipsum spiritualiter aut pro-
 prium colorum dum videt se per speculum visus reflexa.
 ergo et. Si si diceretur quod pars oculi in qua est virtus.
 si pupilla non videret se sed aliam exteriorem ut coniunctivam
 vel cornicem. Contra: quia pupilla sive humor cristal-
 linus ex quo est corpus mixtum habet colorum et tamen re-

cipit colorum eiusdem speciei: ut si visus existens in una
 pupilla videret aliquid corpus similiter coloratum. igitur
 et. Secundo. Tactus in suo organo habet qualitates
 primas ut caliditatem frigiditatem et. et tamen recipit al-
 as eiusdem speciei ex quo eas sentit: ut patet ad experien-
 tiā. ergo et. Ad hoc dubium posset responderi addu-
 cendo intellectu inquit dat Joannes Zandinus illi pro-
 positioni commentum. Dicit enim eam sic intelligi debe-
 re videlicet quod omne recipiens est denudatum a natura re-
 cepti essentialiter sic quod nihil est idem est idem essentialiter
 cum eo quod recipit: vel cuius speciem recipit: nam si aliqd
 est idem essentialiter cum eo quod recipit vel cum spēz recipit: sic idem
 recipieret seipsum realiter vel spiritualiter: tunc et idem re-
 spectu eiusdem: et finis idem est mouens et motum: quod
 est impossibile. Et hec videtur voluisse commentator: du-
 cit quod si recipiens esset de natura recepti: tunc res re-
 ciperet se et mouens esset motum. et istud sufficit ad ostend-
 endum quod intellectus possibilis non sit aliqua forma ma-
 terialis: quia omnes recipiunt finis species suas. Sed ta-
 men videtur quod licet declaratio illius propositionis sit ve-
 ra in se: non tamen sufficit ad exprimentem mentem co-
 munitatoris qui vult non solum quod nihil sit idem essentiali-
 ter cum eo quod recipit vel cuius speciem recipit: sed etiam
 quod nihil habeat in se aliquid de specie illius quod recipit:
 quod patet per cum versus finem commentarii dicit dan-
 do intellectum illius propositionis. Propositione enim di-
 cens quod recipiens debet esse denudatum a natura recepti:
 intelligit illius speciei recepti non a natura sui generis: et
 maxime remoti: et maxime eius quod dictum est per equi
 uocationem. et ideo diximus quod in sensu tactus invenitur
 medium inter contraria que comprehendit. contraria eni-
 alia sunt in specie a medijs. Ecce quomodo vult comen-
 tor: quod nullum corpus recipiens habet in se aliquid de spe-
 cie recepti licet possit habere aliquid eiusdem generis: et ma-
 xime remoti: et adhuc magis si fuerit genus equinoctii vel
 analogum. Et respondendo ad argumentum quod possi-
 fieri de tactu dicit quod tactus habet medium qualitatum tan-
 gibilium et recipit solum extrema contraria. modo medium
 differt specie a contrariis extremis. ideo tactus est denu-
 datus a specie recepti. Sed hoc quod dicit commentator: d
 tactu non videtur esse verum: quia tactus habet caliditu-
 tem et frigiditatem et alias huiusmodi qualitates tangibi-
 les sub gradibus medijs et recipit eas sub gradibus inten-
 sioribus. gradus autem intensior et remissior in caliditate
 non variat speciem et similiter in alijs et. Ad id quidam
 respondent dicendo quod duplex est differentia specifica qua-
 litatis: quedam essentialis: et quedam accidentalis. Dicit
 ergo quod caliditas intensa et caliditas remissa quanquam non
 differant finis speciem essentialiter: differunt tamen finis spe-
 cies accidentales ex quo habent gradus diversos. et hoc
 sufficit pro intentione commentatoris ut dicit. Alter pos-
 set responderi ad propositionem commentatoris ut dictum
 fuit supra in capitulo de visibili dante sibi hunc intellectum
 videlicet quod nullum recipiens debet habere aliquid de spe-
 cie recepti ut recipiens est. et quod sit causa illius receptionis
 absolute: tamen potest haberi et ut applica ad propositionem
 de intellectu naturali. Et ex hoc solvitur ad rationes.
 Ad primam dicunt aliqui quod pupilla non est colorata: sed
 lucida. Et si fieret argumentum de corpore similierte luci-
 do: adduci posset responsio secunda qua respondebat ad
 argumentum de tactu glosando propositionem commen-
 tatoris. Aliqui dicunt ipsam non tenere nec esse univer-
 saliter veram. Ad secundam satis patet ex dictis.

Quare neque ipsius est esse naturam neque unam
 sed aut hoc quod possibilis sit vocatus itaque aie intellectus. Dico autem intellectum: quo opponit: et intel-

Tertius

igit q̄ia. Nihil ē actu eoz que sūt ante intelligere. Cū nunc concludit ex dictis naturam intellectus possibilis dicens ipsum nullam habere naturam rerū materialium ab eo intelligibilium. sed solum habet naturam ipsa rum receptuā secundum species suas quarum nullam habet in actu ante suum intelligere. Dnde sic dicit. Quare neq; ipius. si intellectus possibilis est idest contingit esse naturam neq; vnam: idest aliquam rerum naturalium: quia superabūdat negatio. sed aut pro nisi q̄ itaq; anime intellectus est vocatus possibilis. i. nisi naturam qua est receptus rerum materialium. Dico autem intellectus quo anima opinatur et intelligit q̄ dicit ad differentiā virtutis cogitative que dicitur intellectus passiū: et hic nihil est actu eorum que sunt ab eo intelligibilia ante intelligere. Intelligentum primo secundum commentatores commento quinto q̄ illud ex anima qd̄ dicitur intellectus materialis: nullam habet naturam et essentiam qua constituitur. s. in esse secundum q̄ est materialis nisi naturam possibilis cum denudetur ab omnibus formis materialibus et intelligibilibus. Et iuxta hoc posset dubitari.

Quidam intellectus possibilis sit aliquo modo ens in actu vel ens in pura potentia. sed de hoc videbiter post.

Intelligentum q̄ commentatores in hoc commento post textus declarationem facit vna longam digressionem que nicipit ibi. Et cum ista est dissimilitudo. et potest dividī in sex partes. In prima ponit dissimilitudinem intellectus materialis et differentiam inter ipsum et materialē primā. In secunda que incipit ibi. Hoc idem inducit. ponit et i. probat opinionem Theophrasti et Themistij de intellectu materiali agente et speculativo. In tercia que incipit ibi Hoc igitur est vnum impossibilium. mouet questiones contingentes in hac materia secundum opinionem suam quam dicit esse Aristotelis. In quarta que incipit ibi. Alexandri autem subtilitatem ponit et reprobat opinionem Aler. de intellectu. In quinta que incipit ibi. Abubacker autem et Ançpace. idem facit de opinione Abubacker et Ançpace. In sexta que incipit ibi. Et cum omnia que possunt dici. solvit questiones contingentes circa ipsum intellectum secundum propriam opinionē. De prima igitur dicit q̄ ista est dissimilitudo intellectus materialis scilicet q̄ est illud qd̄ est in potentia omnes intentiones formarum materialium vniuersalium: et hec ex hac dissimilitudine ponit duplēm differentiam inter intellectus materialis et materialē primā. Quarum prima est q̄ intellectus est in potentia ad omnes intentiones formarum vniuersalium. materia autem secunda est in potentia ad omnes formas individuales sensibiles. Secunda differentia est q̄ intellectus materialis cognoscit formas quas recipit: quia recipit formas vniuersales. sed materia prima non cognoscit formas quas recipit: quia recipit formas individuales: et ista scilicet secundum esse reale: et nulluz tāle sic recipiens cognoscit. Sensus tamen cognoscit liceat recipiat formas individuales: quia recipit spiritualiter tantum. Et ex his concludit commentator q̄ intellectus materialis non est hoc aliquid. id est neq; individualium neq; corporis neq; virtutis in corpore: quia si esset hoc aliqd tunc non reciperet nisi formas individuales et consequenter forme recepte in eo non essent intellectuē in actu sed solum in potentia: quo dato non distinguaret naturam formarū secundum q̄ sunt forme apprehendendo eas vniuersali ter. Ex quibus tandem patet q̄ intellectus materialis non est de genere materierum in quibus materia prima est inclusa: et est materia secunda: neq; est prima materia: quia si esset illarum materierum reciperet eodem modo sicut ipse: hoc autem est falsum: quia ipsi recipiunt individualiter. Intellectus autem materialis recipit vniuersaliter: vnde diuersitas nature recepti facit diuersitatem na-

ture recipientis: et hoc mouit aꝝ ad ponendū banc naturam intellectus materialis esse aliam a natura materie: et a natura forme: et a natura congregari. Et hoc idem.

Contra opinionem Theophrasti et Themistij recitando tria que ipsi dixerunt: et primum est q̄ intellectus materialis est eternus non generabilis neq; corruptibilis: et hoc probauerunt per rationem: quia omnis generabile et corruptibile est hoc individualium. Sed intellectus materialis non est hoc: ut ostium est. ergo tē: Secundo q̄ bec fuit intentio aꝝ. ut patet ex eius demonstratione: et enim ex verbis suis: cum dicerit ipsum esse impassibile simplicem et immutum: que generabilis et corruptibili non possunt competere. Secundo dixerunt q̄ intellectus speculatorius est eternus: quoniam ratio fuit: quia intellectus materialis est eternus et intellectus agens eternus. sed cum recipiens fuerit eternum et agens fuerit eternus: ne cesset est q̄ factum ex his si eternum: et hoc est intellectus speculatorius. ergo tē. Tertio dixerunt q̄ intellectus speculatorius non est nisi intellectus agens secundum q̄ perficit intellectum materialē: sic q̄ intellectus speculatorius sit quasi compositus ex intellectu materiali: et ex intellectu agente. id est voluerunt q̄ intellectus agens et q̄ est eternus non dicitur agens nisi similitudinarie: et similiter intellectus speculatorius cum sic eternus non dicitur factus nisi similitudinarie: et non in rei veritate: quoniam factio non est nisi ubi est generatio in aliquo tempore et ubi in aliquo tempore aliquid sumit esse possi non esse.

Et similitudo secundum quam intellectus speculatorius dicitur factus est ista: quia sicut generabilia et corruptibilia sunt composta ex materia et forma: ita intellectus speculatorius est compositus ex intellectu materiali: et ex intellectu agente. Et similitudo secundum quam intellectus agens dicitur agens est: quia intellectus agens habet rationem actus et forme. Et dicunt q̄ causa propter quam intellectus agens intelligit quandoq;: et quandoq; non est mixtio eius cum intellectu materiali. Et propter h̄ solum fuit coactus aꝝ ad ponendum intellectum materialē: non quia intellectus speculatorius sunt generata. Et q̄ intellectus speculatorius non sit nisi intellectus agens ut perficit intellectum materialē confirmauerunt sic: quoniam intellectus agens est in anima nostra: quia nos de nudamus formas a materia et facimus eas esse intellectas in actu postq; erant intellecta in potentia. sed intellectus speculatorius est ille qui facit de intellectu in potentia intellectua in actu. ergo intellectus agens et intellectus speculatorius non sunt intellectus omnino diversi. Qd autem intellectus speculatorius facit de intellectis in potentia intellectis in actu probatur: quia intellectus causantur in nobis et augmentatur secundum augmentationem intellectus speculatorii: qd non fieret nisi intellectus speculatorius esset causa agens huius actionis. Postea commentator arguit contra hanc opinionem. Primo quia si esset vera tunc proportio intellecti in actu ad intellectum materialē non esset sicut proportio sensati in actu ad sentiēs cuius opossum vult aꝝ. Et probatur consequētia: quia secundum hanc opinionem ab intellectu in actu nihil est factum de nouo in intellectu materiali. sed in sentiente ē aliquid de nouo factum a sensato in actu. Secundo arguit sic: si formare per intellectum esset eternum: ut illi dixerunt: tunc formatum per intellectum esset eternum. i. si recipere in intellectu materiali esset eternum: tunc receptum in eo esset eternum. sed tale receptum in eo dependet in conservari a formis sensibilibus. ergo forme sensibiles existentes extra animam essent eternae: et sequētia ē et in actu intellectu et non materialē omnino qd repugnat nature illarum formarū. Tertio arguit et confirmatio prioris ratiōis. Si intentiones i intellectu



materiali essent eterne: tunc forme imaginatae essent eterne cum intellectus nihil intelligat sine forma imaginativa; et si forme imaginatae essent eterne tunc sensationes cent eterne ex simili causa. et si sensationes essent eterne: nunc sensatae essent eterna. consequens autem est falsum. et pater ultima consequentia quia sensationes sunt eiusdem nature cum sensibilibus. ideo si sensibilita fuerint generabiles et corruptibiles etiam sensationes erunt generabiles et corruptibiles nisi esset possibile quod natura corruptibilis efficeretur eterna: quod non contingit. Hoc igitur est vnu. nunc secundum. moveret questiones que accidunt in hac materia. Prima est quomodo intellectus materialis est eternus: et tam intellectus speculatorius non est eternus. quia cum agere facit eternum etiam patiens videtur esse eternum. Secunda questione que est magis difficulter est quomodo intellectus materialis potest esse unus omnium hominum ut sequitur ex doctrina A. Nam intellectus materialis est eternus ex quo est inimicus: impassibilis et in eternis non ponitur individualia sub una specie. ideo est unus omnis hominum. Contra hoc tamen arguit commentator. Primo quia intellectus materialis est prima perfectio bonis: ut patet ex distinctione anime. intellectus animae speculatorius est postrema eius proportionatio. sed postrema perfectio est numerata vi constat. ergo etiam prima perfectio. unde si eadem esset perfectio omnium hominum cum homo habeat esse in sua propria personalitate: sequeretur quod omnes homines haberent unum et idem esse et sic ego esset per esse tu et tu esses per esse me: quod tamē est falsum. Secundo arguit quia si intellectus materialis esset unus omnium hominum: tunc sequeretur quod homo ut Socrates vel Plato esset ens antequam esset: quod implicat. et probatur consequentia quia quandoque est prima perfectio alii cuius illud est ens. sed prima perfectio sors vel platonis fuit antequam ipse fuerit si intellectus materialis est unus et ceterum. Tertio arguit quia dato illo: homo non est generabilis nec corruptibilis in eo quod homo. patet ex quo forma per quam est homo non est generabilis nec corruptibilis. nullum enim compositum dicitur generabile vel corruptibile nisi per generationem et corruptionem propriam formae.

Quarto arguit quod si intellectus materialis est unus: tunc quicquid unus homo addisceret quilibet alter addisceret: et quodcumque aliquis homo obliuisceretur eiusdem. consequens falsum. quare et ceterum. Alexander substantatur. hic ponit opinionem Alex. qui dicit quod intellectus materialis est generabilis et corruptibilis et quod generatur ex mixtione elementorum et actione et passione qualitatuum primarum ad innicem: et quod habet instrumentum corporale sicut sensus. Quod autem sit possibile quod ex elementis adiuvicem mixtis generatur virtus ita nobilis sicut sunt sensus et intellectus: declarat Alex. quoniam ex prima mixtione qualitatum primarum adiuvicem que est valde parva generantur entia valde diversa. unde ex mixtione caliditatis cum siccitate generatur ignis: et caliditatis cum humiditate generatur aer: et ita de aliis. ergo ex multa mixtione elementorum et qualitatuum primarum sicut est illa que sit in corpore hominis poterint generari virtutes a deo differentes ab elementis vi sunt sensus et intellectus. Istam opinionem Alex. improbat commentator dicens eam conuenire verbis A. nec eius demonstrationi. Verbis quippe A. non conuenit cum dicat A. quod intellectus materialis est abstractus et quod non habet instrumentum corporale et quod non est passivus. Demonstrationi etiam non conuenit: quia A. demonstravit quod intellectus materialis non est corpus neque virtus in corpore sic arguedo: Omne quod est corpus vel virtus in corpore habet aliquam formam materialiem. ergo et ceterum minor probatur. quia intellectus materialis recipit omnes formas materiales. sed omne recipientis est denudatum a natura receptu. ergo et ceterum. Subdu-

tamen comi. citator quod Alexander aliter intellexit verba A. et eius demonstrationem dicens quod A. ibi non loquitur de intellectu materiali: sed de ipsa preparatione que est in eo volens ipsam esse impossibilem immutam et ceterum. et quod nec est corpus nec virtus in corpore preparatio intelligendo potentiam que est in intellectu ad recipientium intentiones intelligibiles. Sed contra hoc dictum Alexandri arguit commentator. Primo illud quod est commune omnibus preparationi non appropriatur preparationi que est in intellectu materiali. sed non esse corpus nec virtus in corpore est commune omnibus preparationi. ergo non appropriatur preparationi que est in intellectu materiali. et per consequens A. non loquitur ibi de tali preparatione. Secundo arguit quod A. ibi loquitur de subiecto preparationis puto de ipso intellectu materiali: quoniam propositio quia virtus A. in sua demonstratione scilicet omne recipientis debet esse denudatum a natura receptu habet predicatum quod non potest verificari de ipsa preparatione sed solum de eius subiecto: quoniam preparatione non est recipientis sed ipsum preparationem. quare omnia verba A. de intellectu materiali et non de eius preparatione intelligi habent. Et dicit commentator quod aliquid non esse corpus neque virtutem in corpore dicitur quatuor modis diversis. Primo dicitur de subiecto intellectorum quod est intellectus materialis. Secundo modo dicitur de ipsa preparatione que est in materia et hic modus est propinquus modo primo quem dicitur quod prius simpliciter neque est corpus neque virtus in corpore. Tertio modo dicitur de materia prima. Quarto modo dicitur de subiectis abstractis. Prostea commentator ponit unam rationem Alexander. propter quam dicebat quod intellectus materialis habet instrumentum corporale et est generabilis et corruptibilis. et est ista distinctione anime quod est actus primus corporis physici organi et ceterum est unius et universalis et universalis competens omni anime. ergo sequitur quod intellectus materialis est actus corporis: sicut aliis partes corporis. sed aliis partes anime sunt generalibiles et corruptibiles. ergo etiam intellectus materialis. Et confirmatur quia est actus et formam corporis universalis competit omni anime. sed in aliis partibus anime ex eo quod sunt forme et finis hominum non competit separata. rati ab habitibus eas. ergo etiam intellectus materialis non est forma separata sicut dicitur de naua et naue. sed est forma corporis que est generabilis et corruptibilis: sicut corporis cuius perfectio quemadmodum est de aliis anime partibus. Huius rationi responderet commentator dicens quod illud quod fingit Alexander est falsum scilicet quod distinctione universalis dicitur universalis de omnibus partibus anime: quoniam A. in secundo huius dixit quod de quibusdam partibus anime est manifestum quod sunt actus corporis eodem modo. sed hoc non est manifestum in omnibus imvidetur quod sit aliqua pars anime que sit perfectio separata sicut naua est perfectio separata ipsius nauis. Abubacher autem opinionem abubacher et auempace: qui direbunt quod intellectus materialis est virtus imaginativa secundum quod est preparata ut intentiones que sunt in ea sint intellectus et in actu. et hoc dicit abubacher ut fugeret inconveniens contingens alexandro scilicet quod subiectum recipientis intellectus sit corpus vel virtus in corpore: quoniam si ita esset tunc contingat alterum duorum scilicet quod aut idem esset esse formarum in anima et extra animam. sed extra animam non sunt comprehensiones. ergo nec in anima: et sic anima erit non comprehensa aut sequitur quod intellectus materialis habeat instrumentum corporale et quod sit virtus in corpore sicut sensus quo:rum utrumque est falsum. Commentator: tamen antequam impugnat hanc opinionem ostendit quod est magis inopinabile quo:rum sequitur ad opinionem alexandri dicens: illud esse hoc quod dixit alexander. scilicet

Tertius

pâime preparationis anime ad intellecta et ad alias postremas perfectiones sunt res facte a complexione non a motore extrinseco: cuius oppositum est famosum ex opinione A. et omnium peripateticorum. Et primus preparationes ait intelligit commentator: primas eius pfectiones sicut sunt intellectus et sensus. Nam constat A. velle has virtutes anime comprehensivas: aut non produci de novo: aut dari a motore extrinseco ut a generante. Unde contra Alexandrum arguit sic commentator: A substantia elementorum et natura eorum non potest fieri virtus distinguens comprehensiva. sed si esset possibile ut a natura elementorum et sine motore extrinseco fierent tales virtutes: tunc esset possibile ut postrema perfectio: ipsa ipsa intellecta essent aliquod sacram a substantia elementorum: ut sint color et savor et reliqua qualitates secundae: consequens falsum. Postea commentator arguit contra Aempace probando quod intellectus materialis non est ipsa virtus imaginativa et quia intentiones imaginatae mouent intellectum. Sunt enim illud cuius proporcio ad virtutem rationalem est: sicut proporcio sensati ad sentientis si ergo ipse essent illud per quod intellectus materialis est recipiens intellecta: tunc res recipere se et mouens esset motum: quod est inconveniens. Item intellectus materialis ut prius ostensum est non habet aliquam formam materialem nec ipsa est aliqua forma materialis. sed virtus imaginativa et intentione imaginata est forma materialis. ergo intellectus materialis non est virrus imaginativa. Et cum omnia que possunt dici: hic commentator mouet et solvit questiones contingentes circa intellectum secundum opinionem suam quam dicitesse A. Prima questio est quomodo intellectus speculativus essent eterni non generabilia et corruptibilia. quia quando agens est eternus et cecipiens est eternus et factum est eternum. Secunda quod est fortissima earum est quomodo postrema perfectio in homine est numerata ad numerationem individuum hominis scilicet intellectus speculativus. et tamen prima perfectio scilicet intellectus materialis est una in numero omnibus hominibus. Tertia questio est Theophrasti quod cum intellectus materialis sit ens si non est forma neque compositum ex materia et forma: tunc sequitur quod sit materia prima non consequens falsum. quia prima non est comprehendens neque distinctiva. intellectus autem materialis sic quare et. Ad istas questiones responderet commentator premissis quibusdam. Et primo ad primam que erat: Quomodo intellectus materialis est eternus: et similiter intellectus agens. et tamen intellectus speculativus non est eternus. et dicit quod intellectus speculativus constituantur per duo subiecta: quorum primum est generatum: et aliud non: quod declarat per simile. quoniam formare per intellectus id est cognoscere est sicut comprehendere per sensum. comprehendere autem per sensum efficitur per duo subiecta: per verbi gratia: Videtur illorum unum est subiectum per quod sensus seu verus et illud est sensatum extra animam vel color. Aliud autem est subiectum quod recipit in se actu videndi via quia virtus visiva. Unde commentator: per subiectum intelligit principium. et constat quod videre habet duplex principium. Unum effectuum et est color. et aliud materiale per quod est existens et est virtus visiva. ergo similitudo intellectus speculativus constituantur per duo subiecta sive principia: quorum unum est subiectum per quod sunt vera et est principium proprium eorum productum: sicut sunt forme que sunt in virtute imaginativa. Aliud autem est subiectum sive principium per quod intellectus speculativus sunt unum entium in mundo: et illud est intellectus materialis in quo subiectum fundantur. In hoc ergo stat responsio Commentatoris quod quia intellectus

speculativus immediate dependent in fieri et conservari a duplice principio scilicet ab intellectu materiali et intentionibus imaginatis: licet intellectus materialis sit eternus: quia tamen intentiones imaginatae sunt generabiles et corruptibles. hinc est quod intellectus speculativus sunt generabiles et corruptibilia. Et per intellectum speculatum intelligit intentionem causatam in intellectu materiali a forma imaginata concurrente tamen lumine intellectus agens tanquam agentis universalis sive aggregatum et intellectu materiali et tali intentione. Et quia commentator comparauit ad intellectum ad sensum dicens quod sicut sensibile mouet sensum ad suum actu: ita intentio imaginata mouet intellectum ad suum actu. Ideo dicit quod ista proportiones magis iuuenit pfecta in obiectu visus et visus et obiectum intellectus et intellectum quod inter obiectum alterius sensus et suum sensum. Quoniam quemadmodum color qui est obiectum non videtur nisi in presentia lucis facientis ipsum in actu postquam erat in potentia quantum ad immutandum medium et organum. Ita intentiones imaginatae non mouent intellectum materialem nisi efficiantur intellectu in actu postquam erant intellectu in potentia. et hoc sit per irradiationem in eis factam per lumen intellectus agentis ut post ostendetur. Et ista fuit necessitas ponendi intellectum agentem ut scilicet abstrahatur formas a materiis et mediante intentione imaginata singulari ipsam suo lumine irradiando producatur speciem incognibilem universalis in intellectu materiali per quam efficiatur in actu et deducitur ad actualem intellectionem. et hoc est facere de potentia intellectus actu intellecta. Advertendum est quod licet in hoc sit similitudo quod sic visus non mouetur a colore nisi in presentia lucis sit intellectus materialis non mouetur ab intentione imaginata nisi in presenta lumininis intellectus agentis.

In alio tamen est dissimilitudo: quod lumen nullam formam tribuit colori per quam efficiatur in actu: sed requiritur solum propter medium ut dictum fuit in capitulo de visibili. Quoniam color est per se visibilis. Intellectus autem agens bene tribuit intentione imaginatae formam per quam efficitur in actu. aliter non posset mouere intellectum materialem: quia materiale vigore proprio non potest mouere unmateriale. Deinde commentator solvit questionem secundam. prius tamen adducit rationes probantes quod intellectus materialis sit unus omnium hominum: et quod non sit numeratus secundum numerationes individualium specierum humanae. Prima ratio. si intellectus materialis esset numeratus et. tunc esset hoc aliquid aut corpus aut virtus in corpore. sed omne tale est intentio intellectus in potentia: et intentione intellecta in potentia mouet intellectum materialem. ergo idem moueret se et mouens esset motum consequens falsum. Secunda ratio si intellectus materialis esset numeratus tunc esset corpus vel virtus in corpore et recipere se ut iam conclusum est et si recipere se non recipere sensum nisi secundum quod diversa seu diversa id est virtus individualis est tunc sicut idem cum sensu: vel nulla esset differentia inter esse forme in anima et extra animam. Hoc consequenter ultima sic declaratur quod intellectus materialis non recipit formas nisi secundum quod sunt diverse tunc non recipit formas nisi individualiter. et per consequens vel est corpus vel virtus in corpore. Si est virtus in corpore cum omnis virtus in corpore cognoscitiva sit sensus exterior vel interior tunc sequitur quod intellectus materialis sit idem cum sensu. Si autem est corpus cum corpus non recipiat formas nisi secundum esse corporale: ut lapis recipit caliditatem et aer frigiditatem: tunc sequitur quod intellectus materialis non recipere formas nisi corporaliter sicut recipiuntur in corpore ianuato. et a for-

Liber

Clorum idem esset de sensu. Ex quo vltius sequitur qd id est habere forma in anima et extra animam. s. esse corporeale et vtrumqz istorum est falsum.

C Postea arguit commentator quo ad partem oppositam probando qd intellectus materialis sit numeratus quia si esset unus omnium hominum tunc quandocunqz alius homo acquirat aliquam scientiam quilibet alter acquiret eandem. consequens falso. et probatur consequentia. quia eadem est pro portio prime perfectionis hominis ad individua humana et postrema eius perfectionis cum dividua humana non habent continuationem cum postrema perfectione nisi propter earum continuationem cu prima.

C Unde intellecta non continuantur nobiscuz. nisi quia intellectus materialis in quo recipiuntur continuatur nobiscum sicut est de sensatione et sensu. ergo sequitur qd si eadem est prima perfectio omnium hominum qd etiam est de postrema perfectione sive sit perfectio virtutis anime aut virtutis corporis. cum ergo scientia est postrema hominis perfectio sequitur qd eadem est omnium hominum et qd cum unus homo acquirat aliquam scientiam quilibet alter acquirit eam.

C Tertio ad idem arguitur quia illis dato sequitur qd non sit nisi unus homo numero. hinc desibile est. et probatur consequentia. quia in animatis quorum prima perfectio est substantia separata impossibile est qd in una spe inveniantur plures uno individuo sicut patet in corporibus celestibus in quibus motor appropriatur tantum unius mobilis. Unde si unius motoris plura mobilia attribueretur aliquod eorum esset ociosum. quia unum agens non viritur simul pluribus instrumentis in eodem genere instrumentorum: sicut unus nauta non mouet plus una nau in eadem hora. ergo similiter si intellectus esset unius et separatus. non haberet nisi unus corpus cui a propriaeatur. et sic non est nisi unus homo.

C Et confirmatur hoc per id quod dicit A. x. in primo de celo qd si esset aliis mundus esset aliud corpus celeste et ex consequenti aliis motor: quod non est propter aliud nisi quia unus motor non potest immedie mouere simul plura mobilia et per consequens nec unus intellectus potest mouere simul plura corpora humana. quod tamen contigeret si unus esset omnium hominum intellectus qualis igitur est via ad dissoluendum istam questionem difficultem. Deinde commentator solvit hanc questionem difficultem cuius solutio stat in hoc qd quanuus secunda perfectio hominis. s. intelligere sit numerata. non tamen propter hoc sequitur qd prima perfectio. s. intellectus materialis sit substantia anime intellectus sit numerata. quia intelligere non solum dependat ab intellectu. sed etiam ab intentione imaginata sive ab actu cogitatiu. et quia huiusmodi intentio imaginata est numerata et plurificata. ideo ipsa intellectio est numerata et plurificata. Intellectus autem materialis aut etiam anima intellectiva non dependet in suo esse ab intentione imaginata nec ab aliqua alia virtute seu intentione existente in nobis. immo habet esse ab structum propter quod non multiplicatur multiplicacione corporum humanorum. Et pro his dicit commentator qd homo non est actu intelligens nisi per continuationem intellectus in actu cum eo intellectus autem in actu continua tur cum homine per continuationem sive intentionis imaginatae cum intellectu materiali. Unde ex hoc qd intentione imaginata causa speciem intelligibilem vel intellectionem in intellectu materiali copulatur cum homine in quo est illa intentio materialis imaginata tam intellectus materialis qd intellectus in actu producens in intellectu materiali. Et dicit commentator qd cum materia et forma copu-

lantur ad inuicem congregatum ex eis sit unum et maxime su unum ex intellectu materiali et intentione intellecta in actu cum inuicem congregantur. quia quod componitur ex eis non est aliquid tertium aliud ab eis sicut est in alijs compositis ex materia et forma. Ex quibus verbis communiter dicitur esse de intentione commentatoris qd ex intellectu materiali et ex intellectu in actu sit magis unus qd ex materia et forma.

C Et hoc a diversis multipliciter declaratur. quia ex eis non sit aliquid tertium aliud ab eis. Uno modo qd ex intellectu materiali et species intelligibili per quam sit in actu sit magis unum qd ex materia et forma. quia ex eis non sit aliquid unum tertium: aliud ab eis quantum ad causalem super proprium actus sicut sit ex alia compositis ex materia et forma. nam aggregatum ex intellectu materiali et spe intelligibili non habet aliud genus. cause respectu actus intelligendi qd habeat aliud illorum de per se. s. omnia concurrunt in genere cause materialis: licet intellectus materialis sit principale subiectum et species intelligibilis sit dispositio ipsum preparans ad receptionem. In alijs autem compositis iustus non accidit. Unde quia respectu motu alia causalitate habet forma a materia cum materia sit solu causa materialis et subiectu. forma vero effectu. immo copositum ex materia et forma ratione materie est causa motus et non forma. et ratione forme est causa ei effectu et non materia. propter quod copositum respectu motus alias habet cälitatem qd habeat materia et similis qd habeat forma. Alio modo exponit qd intellectu in actu intellegendu intellectus ex intellectu malo et intellectu in actu non sit aliquid tertium aliud ab eis quantum ad operationem inmanentem. i. qd habeat operationem inmanentem alia ab utroque. sed in alijs coppositis ex materia et forma resultat unus tertius qd habeat proprium motu taliter operationem inmanentem alia a materia et a forma. Postea quibusdam iterpositis qd clara sunt. declarat commentator quoniam etiam differentia iter preparatione que est in unitate imaginativa et alias preparationes qd sit in virtutibus aie cophesius aliis ab intellectu. Cöuenientia est quodlibet caru est numerabilis et generabilis et corruptibilis sive numeratione generatione et corruptione idemque. Et differentia est quod patio que est in unitate nativa est patio in motoe ut sit motor. habet patio qd est in alijs est patio in recipiente ut sit recipiens. et talis est illa qd est in intellectu malo. Et hec patores differunt sicut celum et terram.

C Ex quo sequitur in Aeneas qd intellectus materialis non est virius imaginativa secundum qd et. quia in uno eorum est preparatio activa respectu intellectus in actu. s. imaginativa. In altero vero quia in intellectu materiali est preparatio passiva.

C Ex quibus vltius insert commentator qd in anima intellectu sunt duae partes ex quibus essentialiter consistuntur.

C Quirum una est intellectus possibilis in quo recipitur intelligere se habet sicut in materia. Et altera est intellectus agens qui facit de potentia intellectus actu intellectu. et se habet sicut forma et utrumque earum est unica. tamen respectu omnium hominum abstracta secundum esse a materia indivisibilis et neque generabilis neque corruptibilis. Et preter hos duos intellectus datur intellectus speculativus factus ab eis qui est aliquo modo eternus et aliquo modo non est enim eternus quantum ad substantiam recipientis quod est intellectus materialis et est generabilis et corruptibilis quantum ad intentionem receptam que est formalis in eo scilicet speciem intelligibilem vel intellectionem. et quia intellectus materialis est unus in omnibus hominibus ideo intellectus speculativus est unus in omnibus quantum ad subiectum recipiens. sed est plurificatus in diversis quantum ad intentiones rece-

tertius

ptas in eis cum in alio et alio homine sit alia et alia spe cies intelligibilis a sua intentione imaginata causata, et ex consequenti alia et alia intellectio.

C Dicit etiam commentator qd licet intellectus speculativa respectu huius individui vel illius sit generabilis et corruptibilis ut supra dictum est. Simpleriter tamen loquendo et in ordine ad totam speciem humanam ipse est eternus quia licet quelibet intentio imaginata aliquando corruptitur et similiter quelibet species intelligibilis vel intellectio semper tamen est aliqua intentio imaginata in natura alicuius. et ex consequenti species intelligibilis et intellectio in intellectu materiali. Ex quo sequitur qd hoc modo prima principia sunt eterna et scientie et artes. Unde existimandum est philosophia invenitur in maiori parte sui subjecti in omni tempore sicut homo iuvenit ab homine et equus ab equo. quoniam sicut intellectus agens nunquam quiescit a generando et causando simpliciter loquendo ipsa intellecta licet non semper in hoc individuo: ita intellectus materialis nunquam cessat absolute loquendo ab intellectione: quanvis aliquando cessat respectu unius individui.

T Tandem commentator accedit ad soluendum tertiam questionem ostendendo intellectum materiali non esse formam materiali neq; materiam: dicens. qd sicut ens sensibile dividitur in proporcionib; illis scilicet in proportionale forme et proportionale materie. licet ergo intellectus materialis non sit forma nec materia: est tamen proportionale materie. Et subdit qd in omni intelligentia abstracta excepta prima que omnino est liberata a potentia et que nihil intelligit extra se est aliquid simile forme et aliqd simile materie. et si non sic esset: non esset in eis multitudine. Unde nisi esset hoc genus entium quod sciimus in scientia anime scilicet intellectus possibilis non possemus intellegere multitudinem in substantiis abstractis.

Ad horum autem declarationem adhertendum qd eius dicit commentator qd prima intelligentia que est deus nihil intelligit extra se. non debet intelligi qd deus nihil intelligit nisi se ut quidam volunt. sed debet intelligit qd deus nihil intelligit quin illud intelligat intelligendo se: quoniam deus seipsum intelligit per essentiam propriam et intelligendo se intelligit omnia alia que in se virtualiter continet.

Intelligendum autem inferiores licet intelligent se p se ipsis et inferiores secundum commentatorem. superiores tamen intelligentias intelligunt per ipsis superioribus.

Et cum vltius dicit commentator qd in qualibet intelligentia infra primam est aliquid simile forme et aliquid simile materie per hoc non vult ipsis componi ex diabibus partibus diversis. sic componitur anima intellectiva cum quelibet rarum sit substantia simplex carens partium divisione. Sed imaginari debemus qd deus est actus purus nullam habens potentialitatem. intellectus autem noster possibilis est de se pure potentialis. Intelligentie vero intermedie sunt quodammodo in actu et quodammodo in potentia. sunt enim in actu respectu inferiorum quarum sunt perfectiones. sunt autem in potentia respectu superiorum a quibus perficiuntur. et sic in eis idem est quod est potentia et actus: sed diversimode. et ex hoc dicitur compositione et potentia et actu. Ex quo vltius patet qd in eis non est intellectus possibilis qui nobis appropriatur. sed dicuntur habere intellectum possibilis propter convenientiam aliqualem earum cum nostro intellectu possibili in potentia et diminutione perfectionis respectu prius intellectus. Cum vero postea dicit commentator qd nisi est intellectus possibilis intelligentis non essent multe. patet ex dictis qualiter debet intelligi. nam si nulla intelligentia esset potentialis respectu alterius nulla esset imp-

fectio: altera. et per consequens non essent diverse in specie. et cum in eternis non ponantur plura individualia sub eadem specie: tunc tantum esset una intelligentia. Eternum fundamento patet qd si nos non cognoscemus intellectum possibilem non cognoscemus earum potentiam latrem maiorem vel minorem aut secundum recessum a prima intelligentia. aut secundum propinquationem ad nostrum intellectum possibilem qui est minus in perfectione in genere abstractorum et ex consequenti non cognoscemus earum diversitatem specificam nec multitudinem.

Vltius dicit commentator qd intellectus materialis intelligit intellectum agentem. quia cum intellecerit formas materialis dignis est ut intelligat formas non materialis. Unde respectu intellectus agentis ad intellectum materiali est sicut respectus incisus dyaphanum: respectus formarum materialium ad intellectum materiali est sicut respectus coloris ad dyaphanum. sicut ergo lux est perfectio dyaphani: sic intellectus agens est perfectio materialis. et sicut dyaphanum non mouetur a colore nisi fuerit illuminatum: sic intellectus materialis non recipit intellecta qd sunt hic nisi praesentia per lumen intellectus agentis quoniam non solum requiritur qd intentiones imaginatae illuminentur ab intellectu agente si debent mouere intellectum possibilem: sed etiam requiritur qd intellectus possibilis iluminetur ab intellectu agente ut recipere possit ab intentionibus imaginatis. Et subdit commentator qd cum intellectus materialis fuerit nobis copulatus secundum quod per intellectum agentem: tunc nos erimus copulati cum intellectu agente. et hec dispositio dicitur intellectus adeptus de qua infra dicetur commento. xxxvii.

Vltius commentator recipit dubium contra uniuersitatem intellectus materialis: dicens qd si res intellecta in te et in me fuerit eadem omnibus modis. quia etiam quantum ad speciem intelligibilem et actum intelligendi: tunc sequitur necessario qd cum seio aliquid intellectum tu scis etiaz illud et alia huiusmodi impossibilia. Si autem res intellecta in te et in me fuerit una in specie et due secundum individuum: tunc res intellecta habebit rem intellectuam que procederet in infinitum; consequens inconveniens. Hanc consequentiam non declarat commentator. Potest tamen sic declarari. quia si in te et in me sunt due species intelligentes hominis: verbi gratia vel intellectio eiusdem species et diverse numero: tunc ab eis contingere abstrahere aliquam speciem intelligibilem eis communem. abstrahas tu unam et ego animam similem tu: cum etiam iste consistat in specie et differentia numero contingere ab eis abstrahere alias duas consimilares: et erit procedere in infinitum. Arguitur etiam qd illo dato discipulus non addiscereta magistro nisi scientiam que est in magistro esset generans et causans sibi similem in discipulo. sic unus ignis generat alium ignem sibi similem in specie: et hoc est impossibile: quia tunc scientia esset virtus activa. consequens falsum. et dicit commentator qd hec omnes dubitationes soli sunt dicendo sicut prius fuit ostensum qd res intellecta auctoritate et apud me est multa sum subiectum per quod est vera id est sum principium eius presuppositum per quod intellectus sit verus sive cui conformatur intelligere conformitate que est veritas et est forma imaginationis: et est una sum subiectum per quod est ens id est secundum principium eius presuppositum per quod habet esse et in quo subiectum non fundatur. et intellectus materialis: non plus dicit commentator pro solutione istarum dubitationum. sed de his in questione plenius discentietur. Vltimo quedam adducit contra Aquinapac que de se sunt satis manifesta.

Dubitatur pro declaratione omnium predictorum. Quare a intellectiva sit forma substantialis et corporis humani secundum

Liber

in operando ut in plurimis locis inuitum. Et arguitur pri
mo quod anima intellectiva non sit informans corpus huma
num et ei unita secundum esse sed solum appropriata.

Postea vero arguitur oppositum scilicet quod ipsa non sit
forma abstracta et sempiterna et in omnibus hominibus
tantum una. Ad primum autem multipliciter arguitur.

Primum si anima intellectiva esset forma substantialis
corporis humani sum esse unita tunc quereretur de illa opi
nione virum sit idem cum substantia anime: aut accidentes
eius. si dicatur quod sit idem cum substantia anime: tunc se
quitur quod cum post mortem hominis cuius illa est anima
non sit amplius illa unita quod tunc non erit substantialis illius
anime. et per consequens illa anima erit corrupta. conse
quens falsum. quia anima intellectiva separatur ab aliis
partibus anime sicut perpetuum a corruptibili. ut dicitur. se
pe facitur. Si autem dicatur quod illa unita sit accidentis ani
me: aut separabile: aut inseparabile. Si separabile cum ani
ma non constitutum hominem in esse specifico nisi suo cor
pori fuerit unita: tunc sequitur quod anima constitutum homi
nem in esse specifico per accidentem separabile: quod satis
deridendum videtur. Si autem sit accidentis inseparabile
cum post mortem alicuius hominis non sit unitio sue ani
me ad eius corpus. sequitur quod anima eius tunc non erit et
sic corruptitur: quod iterum est falsum. et patet consequen
tia. quia impossibile est quod proprium subiectum alicuius ac
cidentis inseparabilis remaneat illo accidente corrupto.

Secundo arguitur sic. Si anima intellectiva esset for
ma substantialis corporis humani sum esse unita: tunc ipsa
esset forma materialis. quia omnis forma que est perfectio
materie est materialis. consequens falsum. quia tunc non
reciperet omnes formas materiales cum nihil recipiat vel
speciem sui ipsius ut supra probatum est: consequenter se
quitur quod non cognoscet omnes formas materiales. cum
omnis eius cognitio fiat per receptionem. consequens fal
sum. ergo tunc. Tertio arguitur. Si anima intellectiva
esset forma perfectae materialis: tunc sequeretur quod ipsa est
extensa saltem per accidentem ad extensionem corporis et ba
bereret partem extra partem: quod sue nature repugnat
cum ponatur individualis et inextensa. Et probatur conse
quentia supponendo tria: quorum primum est quod nihil est
figuratum nisi sit extensum: hoc patet. secundum est quod ma
teria non potest esse subiectum proprium alicuius acciden
tis proprii et determinati et ex consequenti non potest esse sub
iectum proprium figure proprii hominis. hoc etiam patet.
tertium est quod in homine non sunt plures forme substantiali
es fisi proprie: quarum quelibet det sibi specificum esse.
patet quia talia forma in uno composito est tantum una.

Hic statibus tunc si anima intellectiva est forma sub
stantialis tunc aut ipsa est aliquo modo subiectum figure pro
prie hominis: aut nullo modo. si sic. ergo est figura: quia
omne subiectum figure est figuratum: et omne figuratum
est extensum per primam suppositionem. ergo ipsa est ex
tensa. quare tunc. Si dicatur quod nullo modo anima intellectiva
est subiectum figure proprii hominis: tunc queritur quod
sit eius proprium subiectum: aut est materia prima et hoc
non per secundam suppositionem: aut est compositum ex
materiali et unita alia forma substantiali hominis et hoc non
per tertiam suppositionem. oportet ergo necesse dicere quod
subiectum proprium illius figure est compositum ex mate
riali et anima intellectiva. et per consequens quod anima intel
lectiva partialiter est subiectum illius figure. quare tunc.

Quarto arguitur si anima intellectiva esset forma sub
stantialis corpori humano sum esse unita tunc sequeretur
quod ipsa esset corruptibilis. consequens falsum. et probatur
consequentia. quia omnis forma que requirit determina
tias dispositiones in materia corruptitur ad illarum cor
ruptionem ut patet inductive. sed omnis forma unita me

terie requirit determinatas dispositiones in sua materia
quia unitus est actus in potentia ipso actu existente et in
propria materia aptus natus est fieri per dicitur. secundo bu
tus. ergo omnis forma unita materie est corruptibilis. qua
re tunc. Quinto arguitur. quia dato illo sequitur quod cornu
pro hominis non esset transmutatio substantialis sed so
lum accidentalis. consequens falsum. et probatur consequen
tia. quia illa transmutatio non est substantialis in qua nulla
la substantia corruptitur. sed in corruptione hominis null
la substantia corruptetur si opinio est vera. igitur proba
tur minor quia non forma substantialis eius. scilicet ani
ma intellectiva: quia ipsa est incorruptibilis nec materia eo
dem modo. quare tunc. Sexto arguitur quod illo dato ani
ma intellectiva esset corruptibilis: quia cum destruitur ra
tio essendi alicuius illud amplius non est. sed ratio essen
ti anime intellective destruitur cum homo corruptitur.
ergo tunc ipsa amplius non est. quare tunc. probatur minor
quia ratio essendi anime intellective si esset forma substancialis
dans esse homini est quod sit illud quo aliquid est homo:
cum forma sit illud quod dat esse rei cuius est forma.
sed cum homo corruptitur eius anima intellectiva non est
amplius illud quo aliquid est homo ut patet. ergo tunc
cuius ratio essendi destruitur. Septimo arguitur quod si ani
ma intellectiva esset forma materialis individualis et mul
tiplicata multiplicatione individualium humanorum: tunc
ipsa non recipiet nisi individualiter cum bic et nunc. con
sequens est falsum. quia tunc non possit intelligere uniuers
aliter. et patet consequentia. quia forma materialis non re
cipit nisi individualiter. Octavo arguitur. Si anima i
ntellectiva esset forma tunc ipsa esset intellectus in poten
tia. sed omnis intellectus in potentia mouet animam intel
lectivam ad actionem intelligendam ab ipsa intelligitur.
ergo anima intellectiva moueret seipsum. consequens falsum.

Mono arguitur quod si illo dato sequeretur quod manus in
telligeret. consequens inconveniens. et probatur consequen
tia. quia anima intellectiva est individualis ut communice
ponitur. si ergo ipsa esset forma substantialis sum esse uni
ta corpori humano tunc ipsa esset in toto corpore humano
in qualibet eius parte quantitatativa. quia aliter non talis
pars vivere esset animata quod est falsum.

Ex quo postea arguitur sic. Anima intellectiva
est in manu. sed ubique est anima intellectiva ibi est
potentia intellectiva que immediate fundatur in substanciali.
ergo potentia intellectiva est in manu. sed in quoque est
potentia intellectiva in illo recipitur intelligere dum il
le homo intelligit. ergo in manu recipitur intelligere. sed
omne illud in quo recipitur intelligere. intelligit. ergo ma
nus intelligit. Nec valit si dicatur quod licet potentia intel
lectiva sit in manu in ipsa tamen non recipitur intelligere ve
st in manu quia ibi non est phantasina. quare non sequit
ur quod manus intelligat quia saltem sequeretur quod cerebrum in
telligit cum ibi sit anima cum potentia intellectiva et etiam
phantasina: quod tamen non est verum cum solum ani
ma intellectiva et homo per eam dicatur intelligens loqu
endo de istis inferioribus. Decimo arguitur quod sequeretur
quod idem individualis simul mouetur et quietetur ut finali mo
uetur et non mouetur: quod implicatur. et probatur consequen
tia ponendo quod est unita hominis quietetur et manus ei
mouetur: tunc si eadem anima individualis informat ma
teriam pedis et materiam statim sequitur quod illa mo
uetur ad motum manus vel non mouetur ad quietem per
dis. quare. Ex his iuxta rationibus alijs similibus co
natur aliqui ostendere quantum intellectuam non esse for
mam corpori humano secundum esse unitam dantem ho
mini specificum esse et multiplicatam secundum multipli
cationem individualium humanorum. sed dicunt ipsam esse

tertius

formam abstractam sicut esse ab omni materia et ab omni corpore et solum appropriari corporibus humanis in operando: sicut natus appropriatur nati et intelligentia orbis: quod mouet et ponunt eam ingenitam ad incorruptibilem et unitam respectu corporum humanorum. Et hec sunt opinio commentatoris contra quam multipliciter argui solet.

Primum sic. Anima intellectiva est prima perfectio hominis ut pater ex definitione communis data de anima ab aliis intelligere ait secunda perfectio eius, cum igitur secunda perfectio hominis sit in alio et in alio homine alia et alia sequitur quod prima perfectio sit alia et alia, unde si eadem esset prima perfectio omnium hominum cum homo capiat esse a sua prima perfectione: sequeretur quod idem esset esse omnium hominum. quare ergo esset per esse iuri et tu esses per esse mei: quod est impossibile. Secundo arguit quod illo dato sequeretur quod sorores sunt antequam esset generatus, probatur, quia quandocunq; sunt forma substantialis aliqui tunc ille fuit, sed intellectus qui est forma substantialis sororis sunt antequam sorores essent generatas ex quo est errans per positionem, ergo et ceterum. Tertio arguitur quod Sorores non est corruptibilis in quantum homo, probatur, quia ipse est homo per intellectum qui est incorruptibilis. Quarto arguitur quod quandocunq; ego acquirerem aliquam scientiam tu eandem acquireres: et quandocunq; perderem aliquam scientiam tu eandem perderes, et patet consequentia ex quo idem intellectus est tuus et meus per positionem.

Quinto arguitur sic. omnis perfectio que est substantialia separata non habet nisi unum perfectibile ut patet in motibus celestibus, si ergo anima intellectiva esset substantialia separata non haberet nisi unus perfectibile, et per consequens non esset nisi unus homo, consequens est falsum. Sexto arguitur, quia tunc sequeretur quod natura generis animalis est individualis, pater quia animalitas in homine est in individuali cum sit forma materialis et tamen rationalitas non est individualis, et sequitur ulterius quod species humana est composita ex individuali et non individuali: quod non videtur verum. Septimo arguitur quod tunc sequeretur quod unus virtutis respectu eiusdem obiecti simul erunt distincti actus: quod videtur impossibile, quia unus visus numero respectu eiusdem visibilis non habet simul plures visiones: et consequentia patet ubi sorores et plato simul intelligentem idem intelligibile. Octavo arguitur quod data illa positione destruetur iustitia divina: quia tunc non semper boni aliquando puniarentur et mali aliquando punirentur cum videamus aliquos bonos quod sunt pati adversitates: et contra aliquos malos continue babere prosperitatem. In illa materia inter omnes tres inveniuntur fantasmas opiniones, quarum prima Alex. ponentis animam intellectuam esse formam materialis generabilem et corruptibilem et numerabilem sicut ceterae forme que de potentia materie ab agente naturali producuntur de qua in commento vñus fuit. Secunda opinio fuit Duerois quod posuit animam intellectuam esse formam abstractam sicut a materia appropriatam tamen corporibus humanis in operando cum in intelligendo aphantasmate humano dependeat tantum a moto et per invenit et hanc posuit unam tantum in omnibus humanis corporibus eis idest et asservens ut intelligentia orbis quod mouet ingenitam et incorruptibilem. Et eam dixi essentialiter coponi ex divisionibus substantiis individualibus: quarum una dicitur intellectus agens: reliqua vero intellectus possibilis. Et intellectum possibilem dicunt habere solum naturam potentialitatis et receptionis respectu intelligibili. Intellectum vero agentem vult esse causam actionum specierum intelligibili in intellectu possibili una cum phantasmabus, et phantasma intellegendo actu triu[m] virtutum interiorum intellectui ministrantium. Et ponit intellectus imaginatiue cogitative et memorative.

Et possibiliter perfici per intellectum agentem sicut materia per formam possit: et intellectum agentem esse naturam quandam intelligentiam inferioris gradus prectionalis ad intelligentias celestes et superioris ad intellectum possibiliter. Alterum vult ultra animam intellectuam in hoc alia eam sensim natam potenter materialis eductam generabilem et corruptibilem et maliter multiplicatam atque humano corpori unitam esse per quam homo reponit in esse specifico et generabilis et corruptibilis: de quod etiam vñus est in concepto. Si uit et tercia positio ceterum tuior et magis credendo non solum quod fides catholica christiana eam tenet sed etiam ex scripta, quod ponit animam humanam non generali ab agente particulari educente ea de potentia materiali sed ab agente supradicti ut deo ipsa creari ex nihilo, et materiali ab agente particulari dispositio infundi et corpori humano uniti, et hoc est. Et dicit ulterius quod ipsa est indivisibilis et multiplicabilis sicut corporis multiplicationem quibus unitus et inoxibilis, et quod ab eius substantiali fluunt potentiae plures ut intellectus agens quo active concurreat ad species intelligibiles et intellectus possibilis quo ad predicta passime concurreat et voluntas qua velle et nolle libere potest. Hanc autem opinionem defendendo faciliter responderi posset ad argumenta ad eius oppositum facta quoniam quodam heretica primitate decepti et presentem est demonstrativa. Ad primum ergo cum queritur de unitate alicuius intellectus ad corpus virum sit idem cum substantiali alicui vel accidens eius de quod est accidentis separabile respectu alicuius sit in separabile respectu individualium. Et cum postea arguit quod tamen anima intellectuam constitueret hoc in esse specifico per accidentem separabile. Nidetur quod hoc non est inconveniens tanquam per causam sine qua non licet tantum per aliud quod non sit de essentia hominis: sicut forma substantialis ignis non constituit ignem sine caliditate et tamen caliditas non est de essentia ignis. Ad secundum cum inseritur quod tamen anima intellectuam est forma materialis respondet quod duplum aliqua forma dicitur materialis. Uno modo ceterum quod hoc non est inconveniens tanquam per causam sine qua non licet tantum per aliud quod non sit de essentia hominis: sicut forma substantialis ignis non est de essentia ignis. Ad secundum cum inseritur quod tamen anima intellectuam est forma materialis respondet quod duplum aliqua forma dicitur materialis. Uno modo ceterum quod hoc non est inconveniens tanquam per causam sine qua non licet tantum per aliud quod non sit de essentia hominis: sicut forma substantialis ignis non est de essentia ignis. Ad tertium cum inseritur quod tamen anima intellectuam est forma materialis ad divisionem intelligentiarum celestium quod nullum est aliquo modo perfectior materiae. Alio modo et per dictum et sic forma materialis est soli illa quod vigor et disponitum qualitatuarum ab agente naturali de potentia materiali educuntur, et hoc modo anima intellectuam non est forma materialis ut per se dicitur, sed quelibet alia forma substantialis que est in materia bene est hoc modo forma materialis et qualibet talis anima intellectuam potest cognoscere per receptionem sue speciei, quare et ceterum. Ad tertium cum inseritur quod anima intellectuam est extensa: negatur per se, tandem probationem ad minus oia supposita. Et cum postea ea queritur de figura propriis huiusmodi sit tunc proprium subiectum primo dici posset quod illa figura non est accidentis proprii huiusmodi, cum in alio innueniatur, sed in cada uero possit hoc modo: aut sive in lapide sive figurato ab arte vel a natura figura similis in specie illius est in hoc respectu proprium. Alterum etiam dici possit admissum quod talis figura sit accidentis proprii huiusmodi quod ipse homo est, et tunc proprium subiectum ex hoc non sequitur quod anima intellectuam sit aliquo modo subiectum illius figurae: sicut risibilitas est accidentis proprii hominis: et tamen anima intellectuam nullo modo est subiectum risibilitatis, et ita de aliis multis. Ad quartum patet ex dictis, quoniam ne gaudia est consequentia cum inseritur quod anima intellectuam est corruptibilis. Et cum arguit quod omnis forma que regit determinatas dispositiones in materia. Uno modo simpliciter ad hoc quod ipsa sit de tali est verum quod corruptitur illis dispositionibus corruptus: ut est de qualibet forma edicta de potentia materie, et hoc modo anima intellectuam non requirit determinatas dispositiones in materia cum possit esse absque materia et dispositionibus eius: ut patet post separationem eius a corpore. Alio modo potest aliqua forma requiri et determinata dispositiones in materia non ut ipsa sit sed ut sit in materia, et hoc modo anima intellectuam requirit determinatas dispositiones in

materia. et de tali forma non oportet ipsa corrupti ad illa
rum dispositionum corruptionem. sed solus sequitur quod de
stat materialis informari: quod conceditur de anima intel-
lectiva post mortem. Ad quintum negatur consequen-
tia. et dicitur quod in corruptione hominis aliqua substantia
corruptitur scilicet homo: licet nulla suarum partium esse
materialium corruptiatur. quoniam corruptitur per separatio-
nem carum ab inuicem. tamen homo non sic proprie cor-
ruptitur sicut alia quorum forme substantialies corrumpuntur
sicut nec sic proprie generantur. Ad sextum di-
citur quod ratio essendi simpliciter anime intellective non est
esse illud quo aliquid est homo sicut est de aliis formis substi-
tutis que sunt proprie materiales ut quod ratio eendi sim-
pliciter anime equi est quod illud quo aliquid est equus. et
ita de aliis. sed illa est ratio essendi anime intellective in
corpo humano: et ideo cum non est illud quo aliquid est
homo non amplius est in corpore humano. Ad septi-
mum dicitur quod licet nulla forma que est proprie materialis
possit recipere nisi cum hic et nunc et quo ad esse et quo ad re-
presentare: anima tamen intellectiva quia non est proprie
materialis sed solum communiter recipit universaliter quin-
tum ad representare licet recipiat cum hic et nunc quantum
ad esse. et per hoc differunt species receptae in anima intel-
lectiva ab illis que recipiuntur in sensu vel organo aut me-
dio inanimato. quoniam species receptae in anima intel-
lectiva licet sint res singulares: tamen universaliter repre-
sentant. sed species receptae in sensu et in medio sint res sin-
gulares et solum singula representant. Vbi autem in intel-
ligentia infra primam ponantur species ut vult auctor: d
causis ille sunt universalis in effendo et repelendo.
Ex quo patet quod anima intellectiva est medium inter sup-
celestia et ista inferiora generabilitate et corruptibilitate per par-
ticipationem conditionum virtutis extremitatum in quo su-
periora cum inferioribus coniunguntur. propter quod dicit
Albertus quod ipsa est in orizonte eternitatis et temporis et
ipsa est super naturam et infra intelligentiam per hec quod dicit
monstrans ipsa in perfectione medium gradum obtinere
inter superiora et inferiora. Ad octavum dicitur quod aliud
esse intellectum in potentia duplicitate potest intelligi. uno
modo quod non sit actu intellectum sed possit esse actu intellectum
et sic anima intellectiva potest esse intellecta in potentia: et
non oportet omne tale mouere animam intellectivam ad
actum intelligendi: sicut patet de substantiis separatis et alijs
que non habent propriumphantasma nec intelliguntur per
proprias species alio unum scilicet suorum effectuum ut post
ostendetur. Secundum modo potest intelligi aliquid esse in
intellectum in potentia quia habet vel habere potest prius
phantasma a quo abstrahi potest species intelligibilis per
quam vel ratione cuius fieri potest actu intellectum et om-
ne est mouere intellectus seu anima intellectiva ad in-
telligentiam aut complectionem aut dispositionem: sed hoc modo
non est intellecta in potentia anima intellectiva: sed solum
per proprie materiales que cadunt sub sensu exteriori vel interi-
ori. et licet non sit possibile idem esse totale mouens et tota
le motum respectu eiusdem et secundum idem: non tamen incon-
uenit aliquid mouere se et esse mouens et motum et secundum idem
et respectu eiusdem secundum diversas eius potentias unde ani-
ma intellectiva respectu speciei intelligibilis est mouens et mota
agens et recipiens. sed secundum diversas potentias ut superiorus
est: nec sola anima intellectiva est mouens: sed etiam phantasma.
*L*ets queratur quare oportet animas
intellectivas actives concurrere ad speciem intelligibilem
et intelligentiam et non est anima sensitiva ad speciem sensibilem
et sensationem actives concurrere. Dicitur quod causa est quia
secundum idem est intellectiva abstracta et non organica. phantasma
autem est materiale et organicum. ideo non potest in animam
intellectivam agere proprio vigore: quare oportet animas

intellectivam secum cogere. sed non sic est de anima sensi-
tiva: quia cum materialis sit organica pati potest ab obie-
cto materiali non concurrente alio genere. Ad novum ne-
gatur consequentia cujus insertur quod manus intelligenter aut
cerebrum: quia intelligere est operatio que subiectu recipi-
tur in sola anima intellectiva. ideo nihil denominatur in
intelligens nisi ipsas vel primum in esse constitutum per eam
quod est totus homo et non aliqua pars eius. Alter autem
de ipso sententiis quod in determinata parte recipitur organa
vit visio sit in oculo quod non est in aure. quare non es-
tum animal sed etiam oculus dicitur videre. Ad deci-
mum concedit aliqui quod idem indivisibile simul mouetur
et quiescat per accidens in casu positio nec hoc inconvenit.
sed illud est impossibile per se. puto tamen quod simpliciter
loquendo illud possit negari: concedendo quod illa anima mo-
vetur per accidens et negando quod quiescat vel non moue-
at. Nec sequitur. pes quiescit. ergo anima que est in pede
quiescit: sicut nec sequitur pes non mouetur. ergo anima
que est in pede non mouetur. quia aliter duo inuicem co-
tradicentia simul verificarentur id est quod illa anima mouet
et quod illa anima non mouetur. Et quibus patet quod argu-
menta illa que aliqui putant insolubilia de leui solvuntur.
Sed si quis auctoritate numis afficeretur aut probabilitate ci-
cuius opinionem defendere vellet quoniam falsissima sit ei similis
figmentum posset ex eius argumentis ad argumenta alta in
eius oppositum adducta taliter responderem. Ad primum
igitur cum dicitur quod secunda perfectio hominis est numer-
ata. ergo et prima. negatur consequentia: quia secunda per-
fectio pura species intelligibilis vel intelligere dependet ab
intentionibus imaginatis et numeratur per eam numeratio
ratione quod non contingit de prima huius perfectio. Unde
non inconvenit vni prima perfectioni correspondere plu-
res secundas perfectiones ut vni intellectui plures actus
intelligendi. Et cum postea arguitur quod si vna esset prima
perfectio omnium hominum cum homo capiat esse a sua
prima perfectione: vnum esset esse omnium hominum. De
quod duplex est prima perfectio hominis. Una appropriata i ope-
rando: et est anima intellectiva et ab hac non caput homo esse
specificum. Alia est prima perfectio hominis inherens cor-
pori humano et dans et esse specificum: et hec est anima sensitiva
eius nobilitatima inter omnes animas de perennia ma-
terie educta que anima cogitativa appellari potest propter
perfectissimam ipsius virtutem que est virtus cogitativa: et
hoc non est in pluribus dominibus sed numeratur secundum
numeracionem individuorum speciei humanae. Proprius quod
cum in alio et alio homine sit alia et alia anima cogitativa: se-
quitur quod alterius et alterius hominis est aliud et aliud et
quare non sequitur quod ego sum quod esse tu nec quod tu sis per
esse mei. Ad secundum patet per idem: quia cum Sor-
tes sit Socrates et homo per suam animam cogitativam cum
sua anima cogitativa non fuerit ante eius productionem
ex quo ipsa est generabilis et corruptibilis: sequitur quod nec
ipse fuerit antequam esset generatus. Ad tertium si
maliter patet quod Socrates est corruptibilis secundum quod ho-
mo ex quo est homo per animam cogitativam qui est cor-
ruptibilis. Ad quartum negatur consequentia cum in-
seritur quod quandocumque ego acquirerem aliquam scientiam
tu acquireres eandem et cetera. quia nulla scientia dici-
tur ab aliquo acquiri vel deperduti nisi fuerit dependens
a suisphantasmatis et suo actu cogitandi modo licet
idem sit intellectus tuus et meus: tamen stat quod de aliquo
cogite. et non tu et quod a meo actu cogitandi producatur spe-
cies in intelligibili in intellectu et ex hoc deducatur ad in-
telligere: et non ex tuo actu cogitandi: et tunc illa sci-
entia acquireretur mibi: et non tibi. et per illam ego nomi-
nabo intelligens vel sciens: et non tu. et proporcionabi-
liter dicatur in deperditione. Ex quo patet quod non

tertius

nō valet hec consequentia. ista sc̄ia acquirit̄ in intellectu tuo. ergo acq̄rit̄ tibi. nec ista s̄lī: ista sc̄ia deperditur ab intellectu tuo. ergo a te depeditur. sed ad inferendum illaz consequentiā ex illis antecedentibus oponeret addere illis antecedentibus q̄ sit dependens a tuis phantasmatib⁹.

Ad quintū cum dicitur q̄ omnis perfectio que est substantia separata non habet nisi vnu pfectibile. potest dici q̄ rex est si est eternū vt est in supercelestib⁹. sed vbi pfectibile fuerit generabile & corruptibile: necesse est illi per seū separare & eterne plura pfectibilia correspondere. & sic est in pposito de intellectu & humanis corporib⁹.

Nel potest dici q̄ illa maior est vera loquendo de perfectibili primo. ideo cōcedo q̄ anime intellectue est solū vnu pfectibile: & illud est species humana que tantū vna pfectibilitia secundaria: vt sortes vel plato non inconuenit esse plura. Ad sextum conceditur illud ad quod argumentū deducit. vnde in bonum ppter debitum ordinem vniuersi imaterialē videtur cum materiali vt non fiat trāitus de extremo ad extremū nisi per mediu⁹. Ad septimum quidam negant conclusionem illam dientes q̄ cū diversi homines intelligant idem intelligibile ipsum. intelligentiam eadem iurelectione numero non habentes p incōvenienti q̄ intellectio causata a phantasmatibus vnius hominis possit fieri sp̄ēdēs a phantasmatib⁹ alteri⁹ homis.

Sed aliter potest dici concedendo conclusionē vbi minor p̄pinq̄a fuerint diversa sicut est in casu argumēti cū alia sint phantasmatia in sorte & alia in platone que mouet intellectum ad intelligendum idem intelligibile. Vbi vno nulla esset diversitas in motore p̄pinq̄o: tunc bene verū est q̄ cadem virtus respectu eiusdem obiecti non haberet simili nisi vnum actum. Ad octauum responderetur negando q̄ periret iustitia diuina. & dicitur q̄ malus turpū operando acquirit vicia que sunt mala & sibi punitio suorum operum malorū. Bonus autem ex operibus laudabilib⁹ virtutis acquirit que sunt sibi bona & premium suorū per bene operatorū. Licit ista positio sic possit colozari: mihi tamen videtur salua pace sic singentium q̄ non possit cui cari q̄ ad eam sequantur plura impossibilia. Quoniam h̄o sequitur q̄ nullus homo potest intelligere. consēns est impossibile. quia intelligere est p̄pria perfectio hominis bñ q̄ homo per quam attingit suum ultimum finem videlicet felicitatem: vt colligatur ab Aꝝ. decimo ethicorū & pbatur consequentia. quia nullū compositū p̄cī ex anima cogitativa & corpore intelligit. sed omnis homo est p̄cī se compositus ex anima cogitativa & corpore vt per opinionem patet: ex quo anima intellectiva est pars essentialis hominis. ergo nullus homo intelligit. maior pbatur: q̄a hic inscribitur nūb̄ intelligit nisi anima intellectiva: vel pars ei⁹ aut compositum includens aliquod istorum tanquā ipsius partem: vt patet ex sufficiēti divisione. sed compositū p̄cī ex anima cogitativa & corpore non est aliquod illorū. ergo tē. Secundo sequitur q̄ rationale non est prop̄a differentia hominis essentialis & constitutiva. consequēs impossibile cum ponatur in eius definitione pure quidditatina dum dicitur q̄ est animal rationale: quia certum est q̄ rationale in illa definitione non ponitur p̄ genere. ergo p̄ differentia. & probatur consequentia. quia oīs diff̄entia essentialis alicuius cōpositi ex materia & forma substantiali sumuntur ab eius forma substantiali componente illud in specie determinata cum non ex alia causa talis differentiatione dicatur differentiatione specifica. sed rationale non sumitur a forma substantiali hominis reponente ipsum in propria specie: ergo rationale est differentia hominis specifica & essentialis. patet consequentia cuī majori. & minor de claratur: quia rationale sumitur ab anima intellectiva: vt patet. & bñ opinionem anima intellectiva non forma ponens hominem in specie. q̄c tē. Tertio sequit̄ q̄ con-

traria sunt simul in eodem subiecto. primo q̄ est cōtra naturam contrariorum. probatur consequentia. quia licet ppositiones contradictorie non sunt contrarie quantum ad esse simul in eodem subiecto: tamen assensus firmi dñrum contradictiorum bene sunt contrarij & inicem incompatibilis: ideo vnu homo nō potest simul duobus contradictorijs assentire. Ponamus ergo q̄ Sōres firmiter per intellectum assentiat huic contradictorio Sol est maior terra habitabili. & q̄ pro tunc Plato similiter assentiat alteri contradictorio scilicet q̄ nullus sol est maior terra habitabili: tunc patet q̄ illi duo assensus sunt simul ī eodem intellectu bñ opinionem & sunt contrarij. ergo tē

Plura alia huiusmodi inconuenientia adduci possent que breuitatis causa relinquuntur. Ista enim satīs p̄suadere videntur idoneo ad philosophandum q̄ opīo illa non sit vera. Sustinendo opinionem commentatoris ad hoc dubitandum videtur: vtrum intellectus possibilis sit ens in pura potentia passiva: aut sit aliquid ens actu de se. Et primo arguitur q̄ intellectus possibilis sit alijs actiū sive ens actu. primo sic: Dñe subiectum quod immediate recipit formam accidentalis determinataz est ens actu. intellectus possibilis est huiusmodi. ergo tē. patet consequentia cum maior: quia in h: c diff̄ent subiectum primum forme substantialis & forme accidentalis determinata: q̄a subiectum forme substantialis est ens in pura potentia. subiectum vero forme accidentalis determinata est actus vel ens actu. Et dicitur determinatae propter dimensiones in determinatas que immediate fundat̄ur in materia prima. minor erit pater: quia intellectus possibilis recipit species intelligibiles & intellectiones. Secundo si intellectus possibilis esset ens in pura potentia cui vniaretur intellectus agens: tunc intellectus agens nobis vniaretur in principio contra commentatorem in commento trigesimosextto huius tertij. Tertio si intellectus possibilis est ens in pura potentia: aut esset equalis perfectionis cum materia prima aut minoris aut maioris non equalis perfectio: nis quia tunc essent eiusdem nature & speciei cum ea. nec minoris quia tunc esset non ens cum materia prima sit in infimo gradu perfectionali entis. ex quo bñ commentatorem primo physicorum est medium inter non ens & ens actu. si autem est maioris perfectionis: tunc habetur p̄positum. quia cum materia prima sit medium inter non ens & ens actu: sequitur q̄ cum receditur a materia prima eundo versus actum primum qui est deus statim trāitus in actum sive ens actu. quare tē. In oppositum arguitur probando q̄ intellectus possibilis sit ens in pura potentia passiva. Hunc sic. illud quod recipit omnia entia in actu non est aliquod ens actu. sed intellectus possibilis recipit omnia entia in actu. ergo tē. patet consequentia. & maior. quia omne recipiens est denudatum a natura recepti. Minor autem probatur. quia intellectus possibilis intelligit omnia entia in actu. sed intellectus possibilis nō intelligit nisi illud quod recipit. ergo tē. Secundo. Illud de cuius potentia aliqua forma educitur non est actus cum hoc proprium sit materie. sed de potentia intellectus possibilis aliqua forma educitur scilicet species intelligibilis. ergo tē. Tertio illud ex quo cum actu puro constiuitur vnu per se est pura potentia passiva. sed potentia passiva est huiusmodi vt patet ex dictis. ergo tē. Hic innenuntur due opinione diuerse. Aliqui enim dicunt q̄ licet intellectus possibilis sit in pura potentia passiva respectu specierum intelligibilium: tamen de se est actus et forma ex quo est pars anime intellective que aliquo modo est forma corporis humani. Et volunt vltierius q̄ habet aliquam actionem: vt elicere actionem ex specie: componere: dividere: & discurrere de uno ad aliud.

Hanc tamen actionem habere non posset: nisi prius

Liber

Et hoc est seruum capitulum huius primi tractatus in quo de ratiōne recapitulat prius dicta de anima. Et continet duas partes. In qua prima de ratiōne ostendit quod anima est quodammodo omnia. In secunda vero ostendit quod anima non est intelligibilis absque phantasmatum. ibi secunda. Quoniam autem neque prima in duas quia primo factum quod dictum est. Secundo

Liber

Declarat quod dixerat ibi. Secatur igitur scientia. Dixit de prima qd nunc aut dicta de anima recapitulates itex dicamus qd ait est quodammodo oia ea que sunt: qd p qd quia ea que sunt aut enim sunt sensibilita aut intelligibilita. Et aut scientia quidem sive intellectus quodammodo ipsa scibilia sensus aut ipsa sensibilita qd hoc sit oportet ingredere.

Secatur enim scientia et sensus in res: que quidem potentia est in ea: que sunt potentia: que vero aeterni in ea que sunt actu. anime autem sensitiuum et quod scire potest: potentia hec sunt hoc quidem scibile: illud vero sensibile. Necesse est autem: aut ipsa aut species esse. Ipsa quidem igitur non sunt non enim lapis in anima est sed species. quare anima sicut manus est: manus enim organum organorum: et intellectus species specierum. et sensus species sensibilium.

Declarat quod dixerat ostendendo qd anima est quodammodo omnia entia. premitendo primo qd intellectus et sensus dividere sive potentiam et actum sicut res intelligibles et sensibiles. Unde dicit secatur igitur. i. dividitur scientia sive intellectus. et similiter sensus in res. i. sicut res intelligibles et sensibiles ut scientia que quidem est potentia in ea intelligibilia que sunt potentia. que autem actu in ea que sunt actu et pariter est de sensu respectu sensibilium ideo subdit. Anime autem sensitiuum. i. sensus in potentia et qd scire potest. i. intellectus in potentia sunt hec. s. sensibilita et intelligibilita in potentia hoc quidem. s. qd pot est ipsa scibile: illud autem s. sensitiuum est ipsum sensibile. Et qd intellectus et sensus sive res intelligibles et sensibiles modo similitudinis et receptionis ut dicit commentator. i. habent res illas in se intentionaliter probat dicens. Necesse est autem ipsa. s. intelligibilita et sensibilita esse in anima ex quo ipsa est non cognoscit aut species ipsoz cu que libet talis cognitio fiat per receptionem cogniti aliquo modo. Ipsa quidem igitur intelligibilita et sensibilita non sunt in anima sive esse materiale. erunt ergo in ea sive esse intentionale ideo dicit. Non enim lapis in anima est. s. eius species est in anima quare sequitur qd anima est sicut manus. manus enim est organum organorum et similiter intellectus est species specierum. s. intelligibile et sensus est species specierum sensibilium. Intelligendum primo qd omnia que sunt aut sunt sensibilita aut intelligibilita et anima per sensum est quodammodo omnia sensibilita. per intellectum vero omnia intelligibilita ut statim ostensum fuit ideo anima est quodammodo omnia entia et dividitur quodammodo qd non est omnia entia sive esse materia. sed solam sive esse intentionale p quanto omnium entium recipit speciem seu cognitionem. Et quia sicut res sensibiles dividuntur per actum et potentiam quia quedam dicuntur sensibiles actu qd actu sentiuntur quedam vero potentia qd non actu sentiuntur. sed possunt sentiri. ita sensus dividitur p actu et potentiam et sensus in actu dicit qd actualiter sentit. in potentia vero qui non sentit actualiter sed pot sentire. id vult dicitur. qd sensus in actu sit omnia sensibilita in actu. sensus vero in potentia sit omnia sensibilita in potentia. Et similiter est de intellectu et intelligibili ut qd intellectus in actu est omnia intelligibilita in actu et in intellectu in potentia est omnia intelligibilita in potentia. Unde dicit commentator ut res quarum differente sit cedet.

Intelligendum secundo qd sicut manus dicitur organum organoz quia quolibet organum potest recipere et quilibet organo vlt: ita intellectus possibilis dicitur species specierum intelligibilem: qd qualibet speciem intelligibilem in se recipere potest et ea vlt in intelligendo: et sensus dicitur species specierum sensibilium: quia cuiuslibet sensi-

bilis speciem in se recipere potest et ea vlt in sentiendo.

Quoniam autem neqz res nulla est preter magnitudines: sicut videntur sensibilita separata i. per cibos sensibilibus intelligibilita sunt: et que abstractione dicuntur: et quecunqz sensibilium habitus et passiones: et ob hoc neqz non sentientes nihil vlt: neqz addiscit neqz intelliget. Sed cum speculetur necesse simul phantasma aliquod speculari. Phantasma autem sicut sensibilita sunt: preter qd sunt sine materia.

Hic ostendit qd anima non intelligit absqz phantasma: et duo facit. primo hoc. secundo distinguunt phantasma ab intellectu. Est autem phantasma. De prima vult qd sicut sensus non sentit nisi in presentia sensibilis: ita intellectus non intelligit nisi in presentia phantasmatis: qm sicut superioris habitum est: ita se habent phantasmatina ad intellectum sicut sensibilita ad sensum. ideo dicit. Quoniam autem neqz nulla res est primo intelligibilis ab intellectu preter magnitudines sensibiles: sicut videntur. i. intelliguntur sensibilita separata. i. abstracta per intellectum in specibus sensibilibus. i. phantasmatibus sensibilita sunt et que abstractione dicuntur ut mathematica et quecunqz sunt habitus et passiones sensibilium ut naturalia. Unde tam mathematica qz naturalia non possunt intelligi ne phantasmatre propriez quod subdit: et ob hoc neqz non sentientes nihil vlt addiscit nec intelligit superfluit nemo sed cum aliquis per intellectum speculetur necesse est ipsum simul phantasma aliquod speculari. i. phantasmati: et huius causa est. quia phantasmatina sunt sicut sensibilita preter qd phantasmatina sunt sine materia: sensibilita autem sicut cum materia. Intellegendum primo qd qd intellectus mouetur ad intelligendum a phantasmatibus: id est illud dicitur primo intelligibile via generationis quod habet p suum phantasma. hoc autem est magnitudo sensibilis: qd re magnitudo sensibilis primo intelligibilis dici debet: nam tamen ut habet esse in hoc particulari vel illo. sed ut abstracta per intellectum ag. item aut simpliciter ut mathematica: aut ab hoc et ab alio ut naturalia. Intellegendum secundo sive commentatorem commento. xxx. x. qd cu corpus qd est universalis intelligibilium abstractum ab intellectu sive velocitatem. sed est ex his in rebus sensibilibus: necesse est ut forme sint existentes in intellectu sive velocitatem et rem velocis transmutationis non sicut et qd ille eadem sint existentes extra animam in rebus sensibilibus sive habitus existit in habente habitum et res fixa est in re paciente. Et quibus verbis duo videtur posse concludi: quorum unum est qd eadem forma est in re sensibili extra animam et in intellectu: sed hoc est diversum: de: quoniam in re extra animam est realiter et sive esse significatum: in intellectu vero est intentionaliter et sive esse abstractum et universalis. Aliud est qd huiusmodi forma est in re sensibili fixa et velut habitus: qd non dependet in conservari ab aliquo agente particulari: in intellectu vero est sicut res velocis transmutationis non fixa: quoniam continue ab aliquo particulari agente in conservari dependet videlicet a phantasmatre.

Est autem phantasia alteraz a dictione: et negatione. Complexio enim intellectum est verum aut falsum. Primi autem intellectus quidem differunt: ut non phantasmatina sint: aut neqz alij phantasmatina: sed non sine phantasmatibus.

Distinguunt phantasma ab intellectu per intellectum intelligentem actu intelligendi et primo ab intellectu copiis dicens: Est autem phantasia capiendo pro op-

Tertius

ratione alterius a dictione. I. affirmatione et negatione: cōposito enim intellectum est quod verum aut falsum: qd supple nō est de phantasia. primi autem intellectus qz sim plices et incompleri quid. i. in quo differunt ut non sint phantasmata. Respondet et dicit: Aut neqz alij. i. neqz intellectus simplices. neqz alij. s. cōpositi sunt phantasmata: sed non sunt sine phantasmatisbus. Intelligentur qz intellectus cōpositi differunt a phantasmatisbus: qz intellectus compонendo dicit rem esse: aut non esse: ideo ē ibi veritas aut falsitas: sed ex hoc qz de aliquo phantasma: nō propter hoc dicitur illud esse vel non esse. quare non est ibi veritas vel falsitas. Intellectus autem simplices discrēta a phantasmatisbus. Phantasmata autem sunt de rebus particularibus. Commentator vero per primos intellectus non intelligit simplices intellectus apprehensiones. sed primas propositiones que sunt prima principia complexa. per dictionem autem et negationem intelligit propositiones affirmativas vel negativas que ex illis concluduntur. Hic dubitatur utrum intellectus humani corpori vniuersus intelligere possit absqz phantasmata. Arguitur qz sic multipliciter. Primo ad hoc qz intellectus intelligat sufficit ipsum habere speciem intelligibilem: per quam sit in actu. sed intellectus habituatus habet speciem intelligibilem non dependentem a phantasmate. ergo potest intelligere nō concurrente phantasmate: p. p. nā cum maiori. minor vero est nota ex quid nominis ipsius habitus secundo si intellectus noster fm statum pntis vite in intelligendo indigeret phantasmate: tunc sequeretur quia non intelligeret nisi illa quorum phantasmata essent in sensu: consequens falsum: quia intelligit se et substantias separatas a materia que phantasmata non habent cum non cadant sub sensu. tertio non minus dependet sentire a sensibili qz intelligere a phantasmate: p. A. in littera. sed sensus aliquando sentit absente sensibili: vt p. de sensu interiori. ergo intellectus sine phantasmate intelligere poterit.

In oppositum ē A. hic et sepe superius. Ad hāc distinctionem sicut ad precedentem reperiuntur diversi modi dicendi. Primum est qui colligit potest de mēte. Queroris: qz intellectus noster intellectio noua et fm qz vniuersitas est corpori non possit intelligere absqz phantasmata: ipse tamen absolute acceptus intelligit intellectione exterioria nullatenus a phantasmate dependente. Prima pars huius conclusionis sic arguitur. Quantam si intellectus aliquis hominis nunc intelligit aliquid qd prius nō intelligebat hoc esse non potest: nisi quia ipse intellectus nunc immediate immutatur ab aliquo existente in illo homine a quo prius non immutabatur aliter non est ratio quare magis nāc intelligeret qz prius. sed illud existens in homine a quo intellectus immediate immutatur non potest esse nisi phantasma. ergo ad hoc qz noster intellectus corpori vniuersus intelligat de novo necessarium est cōcurrere phantasma: p. deducio cū maiori. minor etiam est clara: quia illud non potest esse spēs existēs in sensu exteriori vel communi cum non sit tanta spiritualitatis ut foris opportunū ad hoc qz intellectū immediate imutaret. erit ergo species vel cognitio alterius interioris: et talis phantasma communiter appellatur et a commentatore intentio imagina. ta. Secunda pars etiam p. ex fundamento opinionis commentatoris de vniitate et separatione intellectus: quoniam ut patuit supra vult qz intellectus agens sit substantia abstracta et eterna continua se intelligens per essentiam propria. Similiter qz intellectus non semper sit adeptus in respectu vnius individui: tamen in ordine ad totam speciem humanae semper est adeptus: qz respectu totius multitudinis hominum phā ē perfecta. sed quondamqz intellectus est adeptus agens vnius possibilis vi forma et possibilis intelligit agentem eadem intellectione numer-

ro qua agens intelligit seipsum. s. per essentiam intellectus agentis: et p. talis intellectionem esse eternam ad quaz phantasmas nullo modo cōcurrerit. quare tē. Et huius qz uis non in toto concordat Albertus dicens. qz ante statum adeptionis non coniungat intellectū intelligere absqz phantasmata: tamen post statum adeptionis bene potest videlicet postqz intellectus possibilis totum lumen intellectus agentis adeptus fuerit. Vnde tunc aggregatum ex vitroqz dicitur intellectus adeptus. Secunda opinio est sancti Thome di. cōesse impossibile intellectum nostrum corpori coniunctum aliquid actu intelligere nisi ad phantasma se conuerterat: quod ex dubiis evidenter ostendit: quārum prima quoniam cum intellectus sit potentia nō viēs organo corporali nullo modo in suo actu impeditur per lesionem organorum virtutum sensitivarum interiorum. ergo intellectus pro suo actu indiget actu aliquius sensus interiorum: et talis dicitur phantasma. igitur tē. p. consequentia et maior: minor autem ad experientiam declaratur. nā intelligendo non solum de novo scientiam acquirendo. sed etiam vendo scientia preaccepta per lesionem organi virtutis imaginative: vt in freneticis accidit: aut memoria ut in litargicis accidit. Secunda cuiusdētia est quia quando aliquis conatur aliquid intelligere format aliqua phantasmata per modum exemplorum in quibus quasi espiciat quod intelligere studeat: et propter hoc cum aliquis volumus facere aliquid intelligere proponimus sibi exēpla de quibus phantasmata formare possit ad intelligendum. Alterius addit qz quia potentia cognoscitiva proportionatur cognoscibili: ideo intellectus angeli qui rotat a corpore est separatus proprium obiectum est substantia intellectualis a corpore est separata: et per huius intelligibile materialia cognoscit. sed intellectus humani qui corpori est coniunctus obiectum proprium est quidditas in materia corporali existens: et per huiusmodi rerum visibilium quidditates sive naturas inuisibilium rerum aliquam accipit cognitionem. Et quia de ratione quidditatis rei materialis cum non sit absqz materia corporali et qz sit existens in aliquo individuo: ideo ab intellectu nostro corpori coniuncto cognosci non potest: nisi vt est existens in aliquo particulari: non autem per sensum et imaginationem comprehendimus particulare: quare necesse est ad hoc qz intellectus noster intelligat quidditatem rei materialis que est suum proprium obiectum: vt ad phantasma se conuerterat et speculetur naturam vniuersalem existentem in particulari vbi obiectum proprium nostri intellectus est substantia separata vel quidditas rei sensibilis non existens in particularibz: vt Plato posuit: tunc oportet qz intellectus noster in intelligendo se conuerteret ad phantasma. Tertius modus fuit quorundam modernorum qui in intellectu possibili duplice posuerunt species. s. abstractas ex phantasmatisbus per actionem intellectus agentis: et fm tales non potest intellectus intelligere quia concurrit phantasma: et hoc semper accidit in principio dum intellectus incipit intelligere. Alias autem species posuerunt elicatas ex precedentibus per operationem intellectus possibilis facti in actu: et fm tales potest intellectus intelligere non concurrente phantasmate: quia tales non dependent a phantasmate sicut priores: sed remanere possunt in intellectu cessante omni operatione sensus: et hoc declarant per eos qui etiam patiuntur qui si pungantur non patiuntur ex eo qz a sensibus sunt abstracti: et tamen intelligunt cum post reversionem ad operam sensuum multa mirabilia dicant que ignorauerant prius.

Volunt ergo isti qz semper in principio quando in-

Liber

tellectus incipit intelligere concurtere phantasina tamē in p̄cessu postq̄ factus est in actu etiam ante adceptiones intelligere potest absq; phantasmate. Ex quibus omnibus patet qualibet intelligi habeat qd hic dicit. **A**x. vi. delicit qd necesse est quēcunq; intelligentem phantasina aliquo d̄ speculari: quoniam s̄m p̄imum modum intelligenti habet de intelligenti intellectione noua: et secundū s̄m vt verba iaceat et s̄m tertium in principio quando intellectus incipit intelligere. Ad rationes auez in principio adductas responderetur. Ad p̄manam responderi pot s̄m vnam viam dicendo qd species reseruate in intellectu nō sufficiunt ad hoc vt actualiter intelligat, sed requiritur et connexio intellectus ad phantasma per quam s̄nt i actu completo: vt dictum fuit supra. Nol potest dici s̄m alia viam qd requiruntur phantasmatā tāq; agentia a quibus species totaliter in cōseruari dependet. Et cum arguitur qd tunc non essent habitus i intellectu. respondetur negādo cōsequentiam: quia l; habitus intellectuales dependeant i conservari a phantasmatibus: quia tamē conservās qd̄s est: semp̄ est eis sufficiēter presens quod non contingit de lumine et luminoso et reliquo huiusmodi: ideo non obstat quin illi sint habitus. Ad secundam cū arguitur qd tunc non intelligeret intellectus: nisi illud cuius phantasma esset in sensu. negetur consequentia. Et apud viam sancti Thome suffici qd nūnq; intelligari intellectus corpori vniuersitati: nisi in sensu sit phantasma illius quod intelligitur: aut alterius ad quod ipsum intellectum habituēt habeat. De modo vero s̄m quem intellectus vniuersi corpori intelligit substantias separatas patuit supra p̄ cōmentatorem qui vult qd postq; i intellectu possibili est cōpleta generatio intellectus speculativi sive i habitu: qd in intellectus agens vniatur sibi vt forma totum suum lumen ei communicādo: et tunc possibilis intelligit agentem per substantiam ipsius intellectus agentis: et quia intellectui agenti vniuntur intelligentie superiores vt intelligentia lumen immediate: et mediante ea intelligentia immediate superior: et sic ascendēdo usq; ad p̄imum et eas per se ipsas intelligit: ideo mediante intellectu agente intelligentia vniuntur cum intellectu possibili: et ab eo per se ipsos intelliguntur. Et sic s̄m cum intellectus possibilis s̄m statum vite presentis cognitione intuitiva aut mere substantiali substantias separatas intelligere potest. Sanctus autē Thomas in hoc Averroei aduersatur dicens intellectum nostrū corpori coniunctum nullo mō substantias separatas cognitione intuitiva ac mere substantiali intelligere posse. sed solum per discursum et s̄m aliqua ipsiis attributa procedēdo ab effectu ac causam ad quam cognitionem phantasma effectus concurrit. Vnde s̄m cum cognoscuntur quo ad quia est per motum celi uniformē et semper continuum: qd non potest esse nisi a substantia abstracta et immateriali et penitus insatigabili: postq; vero intellectus erit a corpore separatus: tunc poterit perfectissime substantias separatas intelligere per lumina ab eis recepta. hec recitare voleo ad declarationem maiorem. Ad tertium dicitur qd **A**x. per sensum ibi intelligi sensum exteriorem qui non sentit nisi presente sensibili: l; sensus interior vtra sensu communem sentiat non presente sensibili.

Goniam autem anima s̄m duas diffinitas est potentias que animalium est: et discretio qd intelligentie opus est: et sensus et adhuc in mouendo s̄m locum motum: de sensu. quidez et intellectu determinata sunt tenta: de mouente autem quid forte sit anime speculandum est. vtrum vna quedam pars ipsius sit separabilis acr magnitudine aut rōne: aut om

n̄s anima: et si pars aliqua: vtrum propria quedam sit preter consuetas dici: et ductas. aut harum una aliqua sit.

Postq; **A**x. in precedenti tractatu determinauit de intellectu: nūnq; in hoc tractatu. secundo huius tertij determinat de s̄m locum motu: et continet quattuor capitula de quorum primo determinat de principio motu s̄m locum inquirendo et arguendo. in secundo de eo determinat s̄m veritatem. in tertio comparat adiuvicem alias animae potentias id est vegetatim et sensitivam. in quarto ostendit qd est impossibile corp̄ alijs esse corpus simplex ibi s̄m capitulum. Videntur autem duo hec. ibi tertius. Vegetabilem quidem ibi quartum. Quod autem impossibile. Primum capitulum principaliter diuiditur in duas partes: in quarum prima ponuntur et improbantur distinctiones antiquorum de potentiis anime. In secunda disputative inquire de principio s̄m locum motu: ibi. Et etiam de quo. Prima pars adhuc diuiditur in duas: quia primo premittit intentum continuando se ad precedentia. Secundo adducit distinctiones antiquorum de potentiis anime: ibi. Habet autem dubitationes. Dicit de prima. Quoniam autem anima que est animalium est diffinita id est distincta s̄m duas potentias: quia et discreto quod est opus intelligentie et sensus id est sentire sicut illa ex quibus arguitur animam animalium s̄m dicitas potentias scilicet intellectum et sensum diversificari ad huc anima animalium distinctum: sicut in mouendo motum s̄m locum per potentiam s̄m locum moriuam: de sensu quidem et intellectu determinata sicut tamē. De mouente autem potentia speculandum est quid forte sit anime. Et primo vtrum sit vna quedam pars ipsius anime separabilis ab alijs: aut magnitudine id est subiecto: et non solū ratione ut possit. Plato: aut ratione scilicet solum id est diffinitione: aut sit omnis id est tota anima. Secundo si potentia s̄m locum motu sit pars aliqua anime vtrū sit pars anime propriaz vel pro etiam sit preter partes consuetas dici et dicas aut sit vna aliqua barbare scilicet consuetarum dici vel dictarum.

Habet autem dubitationem mox: quomodo oportet partes anime dicere: et quot. modo enim quodam infinite videntur. et non solū quas dicunt quidam determinantes rationatiuam: et irrasibilem et appetitiuam. hi autem rationem habentes: et irrationalib;.

Adducit distinctiones antiquorum de potentiis anime et diuiditur in duas: qd primo ponit illes distinctiones. secundo eas reprobat: ibi. Secundum enim distinctiones. De prima dicit: qd mot autem habet dubitationem in quomodo oportet dicere. 1. distinguere partes potentiales anime: et quot sunt: quia quodam modo videntur esse infinite: qd potest anima duplicitate possunt distinguiri. Vno et odo s̄z genera sua. alio modo s̄m species specialissimas. Si distinguanī s̄m sua genera sic sunt paucē mero ut patuit supra. Si autem distinguantur s̄m species specialissimas hoc iterum duplexiter fieri potest. uno modo s̄m se: et sic non sine valde multe ut possit apparebit. alio modo possunt distinguiri s̄m specificam distinctionem suoꝝ accidentium: et sic

tertius

sunt valde multe et quodammodo infinite non quod in rei veritate sint infinite; sed videntur esse infinite, quia caro numerus non nisi cum magna difficultate propter ipsorum multitudinem scribi potest. Intelligendum secundo quod Aristoteles duas posuit distinctiones antiquorum de potentissimis anime. Prima fuit Platonis sive commentatoris quod potentiarum anime alia est rationalis alia irascibilis; et alia concupisibilis. Secunda fuit quorundam aliorum antiquorum quod potentiarum anime alia est rationalis alia irrationalis.

Secundum enim differentias per quas has separant et alie videntur prius maiorem his differentiam habentes de quibus et nunc dictum est. Vegetativa autem que cum plantis inest et omnibus viventibus et sensitiva quam neque sicut irrationalis neque sicut rationem habet et ponet quis utique facile.

Reprobant illas distinctiones; et dividitur in tres species reprobarum tres rationes ostendendo eas esse insufficientes et non comprehendentes omnes potentias animae: ibi secunda Adhuc autem fantastica, ibi tertia Adhuc autem appetitiva. Proponit adducit primam rationem que est talis. Potentia vegetativa que inuenit in plantis et potentia sensitiva que ingenit in brutorum sunt potentiae animae quae nulla est rationis vel irrationalis concupisibilis vel irascibilis. quare et. Dicit ergo. sive enim trias per quas utique separant et distinguuntur haec animae potentiae aliae videntur et prius animae potentiales hinc maiorem differentiationem hanc potentiam de quibus et nunc dictum est in distinctionib[us] ultioribus antiquorum. Vegetativa. n. potentia que et in plantis inest et in aliis viventibus et sensitiva. s. brutorum sicut irrationaliter est. qmne neque sicut rationem habet et ponet quod utique facile. s. aliquam ipsorum et. Sed hic dubitat utrum ois potentiis animae sit rationalis vel irrationalis. et utrumque sic auctoritate A[dam]x. i. ethi. ponens illam distinctionem tanquam sufficientem. R[esponde]t E[usebius] G[raecus] dicit quod sicut rationale et irrationalis si sumantur ut sunt differentiae divisionis ex genere substantiae dividit idem genus puta animal nec comprehendit nisi animali: sic si sumantur ut sunt differentiae divisionis potentiarum animae dividuntur solum potentiis eiusdem animae. s. animae humanae. Propero quod adiungendam quod potentiam animae quedam est rationis per intellectus voluntas quedam est rationis per participationem ut sensus et appetitus qui sunt coniuncti ratione et appetitu[m] ut obediunt. quedam vero est irrationalis per participationem: ut vegetativa hois que coniunguntur rationi: sed non est apta ei obediens. In aliis autem viventibus ab hoie non repit potencia proprieta rationis antirationalis. Et quo per ipsum non dat potencia irrationalis presentia: et ex hoc apparet ratio ad dubium ut quod illa distinctione potentiarum animae sit sufficiens ad propounding A[dam]x. in lib. ethi. ubi logitur solum de potentia animae humanae non in est sufficiens ad propounding A[dam]x. hic quod loquitur n[on] littere de potentia animae. Apparet ulterius quod nec distinctione alia Platonis est sufficiens. quia si concupisibilis et irascibile capiantur ut distinguuntur et ratione non revertuntur nisi in hoie: quare insufficiens est distinctione Platonis alia. quia et alia non comprehendit ois potentiis animae humanae: illa autem nec comprehendit ois potentiis animae nec ois potentiis animae humanae sed solum potentiis animae humanae rationales per essentiam vel participationem ut per ipsum ex dictis.

Adhuc autem et fantastica que per esse quidem ab omnibus altera est. Qui autem harum eadem vel altera sunt habent multam dubitationem si aliquis ponat separata anime.

Adducit secundam rationem que est quod potentia fantastica quod est in brutorum est potentia animae et tamen non est aliqua illarum enumeratarum pillos antiquos. quare et. Dicit ergo: Adhuc autem fantastica potentia que per se quidem est distinctionem est altera ab omnibus aliis potentias anime: cui autem haec poten-

tia animae sive rationalis vel irrationalis sit eadem vel altera multam habet dubitationem. et pro etiam si aliquis ponat partes anime separatas. sive loco subiectio: ut posuit Plotinus ut non solum ratione. Intelligendum in quodphantasia quod est in brutorum non est rationalis nec irrationalis: ut per ipsum ex dictis nec concupisibilis nec irascibilis: et si hoc verum est ubi distinguatur ab aliis potentias anime ratione adhuc magis hoc verum erit ubi distinguatur ratione et etiam subiectio. Hic tamen dubitatur quia videtur quodphantasia canis sit rationalis per participationem. quia canis disciplinatus perphantasiam obedit domino suo qui est agens cum ratione. ergo et. Respondet quod sicut bruta non habent proprias disciplinas: sic nec habent obedientiam propriam loquendo de obedientia cum sit virtus moralis que in solo homine reperitur. Si tamen large loquendo concedere vellemus bruta perfecta habere prudentiam et obedientiam ex eo quod perphantasiam determinate operantur sicut per naturam inclinantur aut ab aliquo instruenda sunt operari debere: tunc dicere debemus quod non ex hoc solo dicitur aliqua potentia rationalis per participationem quia potest vel est apta obedire rationi. sed quia coniungitur rationi et est apta ei obedire ut dictum fuit supra. sic autem non est dephantasia canis ut patet. quare et.

Adhuc autem et appetitiva que et ratione et potentia altera videtur utique esse ab omnibus: et inconveniens utique hanc sequestrare. Irrationalitas. n. voluntas sit. et in irrationali concupiscentia et ira. Sit autem tria in anima: in unoquocunque erit appetitus.

Post tertiam rationem que magis videtur procedere contra distinctionem Platonis que est talis. Triplex est potentia appetitiva scilicet voluntas concupisibilis et irascibilis. ergo male ponit solum duplum. dicit igitur: Adhuc autem appetitiva que et ratione et potentia scilicet activa utique videtur esse ab omnibus aliis potentias anime. et inconveniens est utique est hanc sequestrare scilicet solum in duas partes cum sint tres: quod patet. quia in ratione et voluntate aut animali sit voluntas. in anima autem irrationali quia sensitiva sit concupiscentia et ira id est concupisibilis et irascibilis. si autem hec tria sunt in anima id est hec tres virtutes appetitivae: tunc in unoquocunque homine ex quo habet animam rationalem et sensitivam erit appetitus tripliciter. s. unus intellectus et duo sensitivi. Hic dubitaf. qualiter in homine triplex reperitur potentia appetitiva: et triplex reperitur appetitus: et quomodo distinguuntur. Dicendum quod sicut appetitus naturalis sequitur formam naturaliter impressam ut appetitus ad locum deorsum gravitatem. et ita de aliis. sic appetitus animalis sequitur formam ab anima apprehensam. et quia apprehensio anime est duplex scilicet intellectus et sensitivus: ideo prima facie est duplex potentia appetitiva scilicet anime intellectus que dicitur voluntas: et anime sensitivus. et similiter duplex est appetitus videlicet intellectus qui sequitur cognitionem intellectus et sensitivus qui sequitur cognitionem sensitivus. Sed ulterius potentia appetitiva anime sensitivus. et similiter appetitus sensitivus est duplex. s. concupisibilis et irascibilis. et hec duae potentiae appetitivae sic distinguuntur. quoniam sicut ignis non per candem virtutem mouetur sursum et agit in contraria que possunt ipsum impedire in talibus motu sed per aliam et aliam. Unde per levitatem mouetur sursum per caliditatem agit in contrario ipsius et talis motu impeditus. sic animalia non per eadem ratione appetitiva desiderant praecepta convenientia et aggredi resistentia et impeditus ne cosequantur bonum desiderium: sed per diversitatem. ut ubi gra-

Leо per vnam virtutem appetitus; desiderat moueri ad cibum sibi conuenientem. et hec dicitur concupisibilis. p aliam **vo** desiderat aggredi bestias que mituntur ipsi im pedire ne talcm cibum adipiscatur: et hec dicitur trascibilis et quelibet istarum habet psecutionem et ppxiam fugam: quoniam sicut graue per eandem virtutem recedit a loco sursum et accedit ad locum deorum. s. grauitatem: sic al p eandem virtutem appetitum desiderat et psequitur qd sicut apphensibile tanquam conueniens. abominatur autem et fugit quod sicut apprehensum tanquam disconueniens desi derium. ergo est psecutio ipsius concupisibilis et abominationis eius fuga. Similiter per eandem virtutem al' audet et aggreditur impeditiva ipsius a bono desiderato dum sperat posse ea superare. et timet non aggrediendo dum Victoria desperat sic qd audacia et spes sunt persecutio ipsius trascibilis: timor autem et desperatio sunt fuga ipsius. Et si queratur quare appetitus intellectus est unus et indiuisus: sensitus autem est diuisus et plurificatus. Res pondetur qd huius causa est: quia intellectus apphendit bonum sub ratione uniuersali: sensus **vo** sub ratione particuliari modo uniuersale agregat que particularia dividunt.

Et si veterins queratur vitrum detur voluntas activa et voluntas passiva sicut datus intellectus agens et intellectus possibilis. Quidam tenent qd sic. sed melius videtur esse dicendum qd eadem voluntas est activa et passiva respectu eisdem actus. s. volitionis vel nolitionis quem agit et recipit in seipso. nec in hoc requirit aliud determinans nisi ipsum. De hoc tamen alibi plenius inquirendum.

Et etiam de quo nunc sermo instat: quid sorte mouens fin locum animal est. Secundum quidem igitur augmentum: decrementum motum qui omnibus inest. Videbitur utiqz mouere generatiuum et vegetatiuum. de respiratione autem et expiracione: et sono: et vigilia posterius prospiciendum. Habet enim dubitationem multam. Sed motu fin locum quid sit monens animal fin processuum motum considerandum.

Hic inquirit de principio motu fin locum dubitando et arguendo. et dividitur in duas partes. quia primo continuitate ad dicenda. secundo exequitur de intento: ibi Quod quidem ergo. De prima dicit qd etiam inquirendum est de eo de quo nunc instat sermo videlicet qd sit mouens al' motu seu fin locum. fin quidem enim augmentum et decrementum motum mouet animal per principium quod inest omnibus. s. viventibus. unde generatiuum et vegetatiuum quod inest omnibus viventibus videbitur utiqz mouere. s. animal motu augmenti et decrementi. De respiratione autem et expiracione et sonno et vigilia posterius perspectiendum est habent enim et hec dubitationem multam. sed de motu fin locum quid est mouens animal fin motum progressum est considerandum.

Quod quidem igitur non vegetativa potentia manifestum. Semper enim ppter aliquid motus hic: et aut cum phantasia aut appetitu est. Nihil enim non appetitens: aut fugiens mouetur: sed aut violentia.

Prosequitur de intento et dividitur in quatuor partes in quarum prima arguit qd principium motus progressivum in animali non est potentia vegetativa. in secunda qd non est potentia sensitina. in tercia qd non est intellectus. in quarta qd non est appetitus. ibi secunda Similiter autem neqz

ibz tertia At vero neqz ratiocinativa. ibi quarta At vero neqz appetitus. De prima arguit qd potentia vegetativa non sit principium motus processuum. et arguit sic: Omnis motus processuum sit per appetitum et phantasiam alicuius et trinitati distantis ab animali. sed potentia vegetativa non competit phantasia nec appetitus. ergo potentia vegetativa non est principium motus processuum. pater consequentia cum minori et maior declaratur in littera. Et confirmatur hec ratio. quia si potentia vegetativa esset principium talis motus cum plante habeant potentiam vegetativam: tunc sequeretur qd plantae motu progressivo mouerentur. et per consequens haberent organa necessaria ad ealem motum ut pedes vel alas. consequens falsum. quare re. Dicit ergo qd quidem ergo non vegetativa potentia scilicet sit principium motus processuum in animali est manifestum. semper enim hic motus est proprius aliquid et est aut cum phantasia quantum ad obiecta presentia: aut cum appetitu quantum ad obiecta absentia: aut cum appetitu quantum ad obiecta presentia: quod probatur. quia nihil non appetens delectabile: aut fugiens id est abominans stabile mouetur hoc motu: sed aut violentia scilicet mouetur.

Amplius et plante utiqz essent motus tali motu et utiqz haberet al quam partem organicam ad motum hunc. Similiter autem neqz lensitium. Adulta enim sunt animalium que lensum quidem habent: manentia autem sunt et immobilia per finem. Si igitur natura frustra facit nihil: neqz in necessariis nisi in orbatis et imperfectis. Huiusmodi autem animalium perfectar non orbita sunt. Signum autem est: quia generativa sunt et augmentum habent et decrementum: quare et habent utiqz partes organicas. pcessiones.

Secundo arguit qd potentia sensitina non sit principium motus processuum. et arguit sic. Aliqua habent potentiam sensitivam querentem non sunt mobilia tali motu. ergo et assumptum pater de animalibus multis: que licet sint mobilia in loco fin dilationem et constricti: non tamen sunt mobilia motu processu de loco ad locum. dicit igitur: Similiter autem neqz sensitivum scilicet est principium motus processuum. quia multa enim sunt animalia que sensum quidem habent: manentia autem et immobilia sunt p finem id est usqz ad finem vite eorum. Et quia aliquis possit cauillare dicendo qd talia animalia licet habent principium motus fin locum videlicet potentiam sensitivam non tamen mouetur tali motu. quia non habent organa ad ipsum regnatur ut pedes vel alia huiusmodi. hoc remonet dicens. Igitur si p quia: natura nihil facit frustra neqz deficit in necessariis nisi in imperfectis et orbatis in propria specie. huius autem alii de quibus arguit est perfecta sunt in sua parte. et non sunt orbitates in eis. signum autem huius est. quia quedam eorum sunt generativa et habent augmentum et decrementum: et breuiter omnia que competunt proprie tate. quare si haberent potentiam fin locum motuam et p etiam haberent utiqz partes organicas. pcessiones. Alter enim aut natura in eis aliquid tecisset si ultra. s. dando eis potentiam fin locum motuam que nunquam posse secundum locum mouere aut defessisse in necessariis non dando eis organa quibus potentia fin locum motuam indiget ut crearet opus.

Alvero neqz ratiocinativa et vocatus intellectus est mouens. Speculatius quidem igitur nihil speculator actuatus. neqz dicit de fugiali et psequi

tertius

Dili. Semper autem motus aut fugientis aut pse
quentis aliquid est. Sed neq; cum speculatoris fue
rit aliquid huiusmodi iam precipit aut pse qui aut
fugere: puta cum multotiens intelligit terrible ali
quid aut delectabile nō iubet at timere: sed cor mo
uetur. Si autem delectabile altera aliqua pars.

Certio arguit q; intellectus non est pncipium motus
processuum. t diuiditur in duas. quia primo arguit de intel
lectu speculativo. secundo de intellectu pratico: ibi Amplius
et recipiente. De prima dicit At vñ neq; ratioina
tua. i. intellectuam potentiam et vocatus intellectus est mo
tus al motu processu. et hoc primo arguitur de intel
lectu speculativo. quia speculativus quidem enim intellect
us speculator actuale: id est agibile cum non ordinetur ad
opus: neq; dictu aliquid de fugibili et psequibili: id est nō
precipit prosecutionem vel fugam que fit per motum pro
cessuum. semper autem motus processuum est fugientis
aut prosequentis aliquid. Et subdit ad maiorem declara
tionem fuerit aliquid huiusmodi fugibile aut prosequibi
le. Neq; pro non iam precipit aut prosequi aut fugere pu
ta multotiens intelligit terrible aliquid aut delectabile nō
iubet autem timere illud terrible sed cor mouetur si debet
esse fuga terrible per virtutem aliam ab intellectu specu
lativo. Si autem delectabile aliquis prosequatur mouetur
aliqua altera pars videlicet epar. et hoc dicit ppter opini
onem Platonis: qui posuit virtutem trascibilim in corde
et concupiscibilim in epate. In hoc ergo stat vis hui
rationis q; quia intellectus speculativus non precipit pro
secutionem aut fugam que fit per motum processuum. ideo
non est pncipium istius motus.

CAmplius et recipiente intellectu: et dominan
te intelligen ia fugere aliquid aut pse qui non mo
uetur: sed fm: concupiscentiam agit: vt incontinentes
et totaliter videamus: quoniam habens medicatiuā
non sanatur tanquam alterius pprium fit agere fm
scientiam: sed non scientie.

CIdem arguit de intellectu pratico dicens. Amplius
et recipiente intellectu scilicet pratico et dicente aliquē fu
gere intelligibilia ab eo. aliquid autem prosequi non mo
uetur. s. ille homo exequendo quod precipit praticus intel
lectus cauendo mala et unitando bona. sed multotiens se
cundum concupiscentiam sensualem agit et operatur op
positum: vt incontinentes. Et quo patet q; intellectus pra
cticus non est principium talis motus. et istud confirmat
Aristoteles alia ratione dicens: Et totaliter autem vide
mus quoniam habens arte medicinatiam non sanatur
multotiens enim medicus egrotans non operatur vt pre
cipit ars medicine vi. ando nocua et iubencia proficia. s.
oppositum facit in secundo appetitum sensualem: quare
tunc non sanatur tanquam agere secundum scientiam al
terius quidem fit proprium scilicet appetitus: sed non sen
tire. Intelligentium q; ratio stat in illo: si intellectus pra
cticus esset principium motus processuum: tunc homo semper
operaretur vt preciperet praticus et intellectus consequens
experitur salutem in incontinentibus et medicinis egro
tantibus.

CAt vñ neq; appetitus huiusmodi motus dict
est. abstinentes enim appetentes et concupiscentes
non operantur quorum appetitum habent: sed co
sequuntur intellectum.

CQuarto arguit q; appetitus non sit motus processuum:
dicens: At vero neq; appetitus est dominus huius moti:
quia si sic: tunc homines in actionibus suis semper sequi
rentur appetitum. consequens salutem. abstinentes enim
sunt appetentes appetitu sensuali: et concupiscentes vene
rea vel alia huiusmodi delectabilia: et tamen non operan
tur ea quorum habent appetitum sed: sequuntur in suis
operationibus intellectum cuius ratio dicit oppositum

Dubitatur hic virum intellectus speculativus et intel
lectus praticus sine potentia anime realiter distincte. Ar
guitur q; sic. Primo ex distinctione suorum actuum quia
intellectus speculativus non precipit fugam aut prosecutū
onem. intellectus autem praticus sic per Aristotelem in
littera. Secundo ex distinctione suorum obiectuum. q; ga
obiectum intellectus speculativi est ens seu verum specu
labile. intellectus autem practici obiectum est verum ope
rabile a nobis. Tertio ex parte suorum finium. quia si
nis speculativus intellectus est veritas: finis autem practici
est operatio extrinseca. In oppositum arguitur. quia si
intellectus speculativus et practicus essent poterit realiter
distincte: tunc sequeretur q; eiusdem animae essent quatuor
et intellectus scilicet duo agentes et duo possibles: quorum
alteri essent speculativi et alteri practici. consequens est nō
concessum. et consequentia est manifesta. Pro dubio
premittendum primo q; intellectus speculativus seu pra
cticus tripliciter potest capi scilicet pro potentia intellectu
na: pro habitu intellectuali: et pro aggregato ex virisq;

Premittendum secundo q; ex parte obiectorum intel
lectus et voluntas distinguuntur. quoniam obiectum in
tellectus est ens seu verum. obiectum autem voluntatis
est bonum. Premittendum tertio q; species intelligi
biles multipliciter habent nomina sed diversis respectibus
nam dicitur intellectus in actu vt per eam intellectus pos
sibilis ducatur de potentia ad actum. et dicitur intellectus in
habitudo pro quanto remanet in intellectu post actualem con
siderationem. dicitur autem intellectus speculativus: vt
ordinatur in cognitionem entis speculabilis: vt sunt celū:
elementum: et alii huiusmodi speculabilia: que vt talia nō
sunt a nobis operabilia. sed dicitur intellectus praticus:
vt in cognitionem entis practici ordinatar operabilis a no
bis secundum q; huiusmodi. sicut sunt sensitas: dominus: et
reliqua talia. et additur secundum q; huiusmodi. quia non
inconvenit eandem rem esse ens speculabile et operabile
diversimode. vnde ad eandem sanitatem efficiendam con
currunt ars et natura. vt est ab arte: est ens operabile. vt ve
ro est a natura: ens speculabile dicitur esse. Premitten
dum quarto q; non solum species intelligibiles firmate i
intellectu habitus nominantur: sed etiam quedam qualita
tes in intellectu producte ex frequentia actibus eius hu
miliantes ipsum ad prompte ac faciliter producendum co
similes actus: vt sunt habitus virtutum intellectualium si
cut et libro ethicorum colligi potest. et hec verius habitus
intellectualis nominantur q; species intelligibiles. Qui
bus premissis teneri possunt iste conclusiones. Prima
conclusio talis est: Lapiendo intellectum speculatum et
intellectum practicum solum pro potentia intellectua non
distinguuntur realiter: sed solum ratione. q; distinguuntur
ratione patet. sed q; non distinguuntur realiter probatur.
quia intellectus possibilis est practicus et speculatus. er
go et ceterum patet consequens: et assumptum probatur. quia in
tellectus possibilis est omnia fieri. ergo recipit habitus spe
culatiuus et praticos et cognoscit speculabilitia et operabilita
sed vt cognoscit speculabilitia: dicitur speculatus: opera
bilita autem practicus. ergo et ceterum. Secunda conclusio.
Intellectus speculativus et intellectus practicus sump
ti pro habitibus intellectualibus realiter distinguuntur.
Pater de habitibus scientiarum speculatarum: sic



Liber

sunt metaphysica mathematica et naturalis de habitibus
scientiarum practicarum vi sunt scientie morales medicina et aliae
huiusmodi qui realiter distinguuntur. Tertia conclusio sequitur qd intellectus speculatus et intellectus practicus sumptus, p. aggregatis ex potentia intellectiva et habitu intellectu*i* realiter distinguitur, pater quia includit formas realiter distinctas. Quarta conclusio responsiva intellectus speculatus et intellectus practicus non sunt poterit anima et realiter distincte patet ex dictis. Rationes autem ad oppositum facie videntur et pater distinguunt ratione, et hoc est concedendum vi pater ex dictis.

Videntur autem duo hec mouentia: aut appetitus: aut intellectus. Si ali uis phantasiam posuerit sicut intellectus quendam

Multa enim enim preter scientiam sequuntur fantasias et in aliis animalibus non intellectua: neqz ratione: sed phantasia utraqz hec ergo motu*s* locum intellectus et appetitus.

Istud est secundum capitulum huius tractatus in quo dicitur determinat finis veritatem de principio motus finis locum, et continet duas partes principales: in quarum prima ostendit que sunt principia mouentia motu*s* locum, secundo determinat numerum et ordinem eorum que concurrent ad tolem motum ibi. Quoniam autem tria sunt.

Prima in duas; quia primo sicut quod dictum est, secundo reuertitur ad improbandum distinctiones potentiarum anime superiorius positas ibi. Dividentibus autem,

Prima adhuc in duas, quia primo ostendit qd intellectus et appetitus sunt mouentia animali motu*s* locum, secundo reducit hec mouentia ad unum mouens ibi. Aperte possibile enim. Prima iterum in duas, quia primo preventit quod intendit, secundo declarat ibi. Intellectus autem. De prima dicit qd videtur autem hec duo mouentia motu*s* locum, s. aut appetitus aut intellectus, et hoc si aliquis posuerit phantasiam sicut quandam intelligentiam et eam comprehendat sub intellectu, dico autem si alii quia posueritphantasia et c. quia multa enim operantur homines preter scientiam in quibus sequunturphantasias suas et in alijs animalibus ab homine non est intelligentia neqz ratio sed phantasia. Vtraqz ergo hec sunt motu*s* finis locum, s. intellectus et appetitus. Intelligendum qd sicut ad apprehensionem intellectus multotiens sequitur motus, sic ad apprehensionem phantasie multotiens sequitur motus, quare si volumus phantasiam tolerare sub intellectu, ppter aliqualem eorum similitudinem ad inuicem; tunc erunt duo principia motus, pcessu*s*, et universaliter cuius, eunqz motus finis loci, s. intellectus et appetitus s. d. si volumus distinguere intellectum a phantasie: tunc erunt tria principia, s. intellectus phantasia et appetitus.

Intellectus autem qui ppter aliud ratiocinatur et qui practicus est. Differit autem a speculo finis sive nemus et appetitus, ppter aliquid omnis est. Quis enim appetitus: hoc principium practici intellectus ultimum autem principium actionis: quare rationabiliter hec duo videntur mouentia: appetitus et intelligentia practica.

Declarat quod dicerat ostendendo qd intellectus practicus et appetitus quia sunt pp aliquid, s. ppter opus extirsecuntur sive principia motus finis locum dicens. Intellectus autem qui ratiocinatur ppter aliquid et qui est practicus differit autem a speculativo sive, quia finis intellectus speculative latini est veritas, finis autem intellectus practicus est opus: et omnis appetitus est ppter aliquid enim hoc cuius est appetitus, s. finis est principium practici intellectus. Ultimum autem est principium actionis, quare rationabiliter hec duo

videntur mouentia, s. appetitus et intelligentia practica

Intelligendum primo finis commentatorem cometo, xviii quod illud quod dominatur in isto motu appropriatur non est cognitio cum multotiens moucamur ab desiderio ius intellectus videt nos non debere moueri neqz etiam quod dominatur in isto motu est desiderium: quia multi homines desiderant sed non consequuntur desiderium sed intellectum. Ex quo patet qd nec solum intellectus nec solus appetitus est principium motus finis locum: sed ambo si mul sunt principium in tali motu, ppter quod subdit commentator: qd motus localis impossibile est attribui alteri istarum virtutum singulariter. Et appetitus etiam qd utique illarum habet introitum in mouendo, motus enim non sit sine desiderio nec sine intellectu aut imaginatione. Patet ergo qd si debet fieri motus finis locum: oportet qd concurront intellectus vel phantasia qui comprehendant finem illius motus, et appetitus faciendo talem motum, ppter illum finem: ppter quod dicit Albertus qd sufficiens universalis causa illius motus est aggregata ex duobus quorum unum determinat et precipit motum: et est intellectus practicus vel phantasie loco illius et alterum exequit motum et est appetitus. Unde quotienscumque appetitus intellectus vel phantasie consenserit motum percipientibus: tunc erit motus et talis qualis est consensus appetitus ad intellectum vel phantasiam. Intelligendum secundo p noticia illius littere illud cuius per appetitus principium intellectus practici et ultimum est principium actionis: ut habetur secundo physico*s*, finis in operationibus est sicut principium in speculabilibus, nam sicut intellectus speculative primo habet noticiam principiorum deinde per principia venatur conclusiones, sic intellectus practicus primo accipit ipsum finem cuius est appetitus: deinde per ipsum investigat ea que sunt ad finem et ultimum investigatus erit principium ne actionis, verbi gratia, appetitus desiderat sanitatem tanquam finem: tunc intellectus practicus accipit hunc finem videlicet sanitatem tanquam principium: et p ipsum investigat ea que sunt ad finem: arguendo sic. Hoc corpus est sanandum, sed non potest sanari nisi per talem herbam, ergo talis herba est inueniendo, sed non potest inueniri nisi eundo ad horum, ergo eundum est ad horum, hoc igitur qd eundum est ad horum est ultimo investigatum et ab isto incipit actio quia primo itur ad horum postea repit herba et ultimo inducitur sauitas, pater ergo quomodo sanitas que est finis cuius est appetitus est principium a quo incipit discurrere intellectus practicus inueniendo ea que sunt ad finem: et ultimus qd ultimo id est ultimo inuentum per talem discursum est principium actionis, i. illud quo incipit operatio per quam debet induci finis intentus.

Appetibile enim mouet: et ppter hoc intelligentia mouet: quare principium hoc est quod est phantasiam at cu moueat: non mouet sine appetitu. Unum igitur mouens quod appetitus.

